ti mostri incerto se io l'avessi ricevuta; e così non l'avessi io ricevuta mai! chè ne rimasi passato fuor fuori. Ma e se anche ella fosse venuta alle mani di chicchessia, niente di nuovo si sarebbe saputo: da che va oggimai su pe' canti il colui odio contro di me, e quel suo stile di lettere. Anzi non credo io già che nè eziandio Cesare l'abbia mandata a cotesti suoi, quasi per mostrarsi sdegnato della colui ribalderia; ma per divulgare le mie sciagure; da che, quanto a ciò che mi scrivi di dubitare, lui essersi dato della scure sul piede, e che tu vai medicando il fatto, tu falli: il Sere non s'è lasciato eziandio pregare per conto di lui; la qual cosa veramente non mi duol già: ben questo mi passa il cuore, il veder che quel mio impetrare non vale un frullo appo lui [1].

2 Silla sarà qui, credo io, con Messalla domani. Egli corrono al Sere cacciati via da' soldati, i quali son fermi di non dare un passo, se non pagati [2]. Adunque egli verrà qua, che non sel credevano; tardi in verità: imperocchè egli va di tal passo, che in ogni terra logora molto tempo. Ma Farnace, faccia che vuole, lo terrà indietro [3]. Adunque che pensi tu che io faccia? imperocchè appena posso più reggere la malsania di questo cielo, che nel dolor medesimo mi tiene in istracco. Mando io dicendogli per costoro che m'abbia per iscusato, se mi conduco più verso Roma? Pensaci bene, te ne prego, e reggimi col tuo consiglio; il che non facesti anche, sebbene da me pregato più volte. Veggo la cosa difficile: ma govérnati secondo causa rovinata. E c'è anche altro, che troppo m'importa: il vederti: il che se mi venga fatto, qualcosa avrò fatto. Circa il testamento, pon mente, come mi scrivi.

CDXXVIII. (Ad Div. XIV, 22)

Argumentum. Scribit, se uxorem, si tabellarii venerint, certiorem facturum, quid faciendum sit.

Scr. Brundisii A. V. C. DCCVI, Kal. Sept.

M. T. CICERO TERENTIAE SVAE S. P. D.

Si vales, bene est: valeo. Nos quotidie tabellarios nostros[1] exspectamus: qui si venerint, fortasse erimus certiores, quid nobis faciendum sit; faciemusque te statim certiorem. Valitudinem tuam cura diligenter. Vale. Kalendis Septembrib.

CDXXIX. (Ad Div. XIV, 20)

Argumentum. In Tusculanum se venturum esse nuntiat, ibique quae sint necessaria parari iubet.

Scr. de Venusino A. V. C. DCCVI, Kal. Oct.

M. T. CICERO TERENTIAE SVAE S. P. D.

In Tusculanum nos venturos putamus aut nonis, aut postridie. Ibi[1] ut sint omnia parata. Plures enim fortasse nobiscum erunt, et, ut arbitror, diutius ibi commorabimur. Labrum, si in balineo[2] non est, ut sit. Item cetera, quae sunt ad victum, et ad valitudinem necessaria. Vale. Kal. Octobr. de Venusino.

CDXXVIII. (A Div. XIV, 22)

Argomento. Scrive che all'arrivare de' corrieri avviserà la moglie di quello che debba fare.

Scritta da Brindisi l'anno DCCVI, l' 1 di Settembre.

M. T. CICERONE A TERENZIA SUA S.

Se sei sana, ne godo; io sono altresì. Io sto aspettando ogni dì messi di costà; i quali venendo, forse io potrò meglio determinarmi a quello che mi parrà meglio, e te ne darò avviso di presente. Abbiti la maggior cura. A Dio. Il calen di settembre.

CDXXIX. (A Div. XIV, 20)

Argomento. Dice di voler venire nel Toscolano, e ordina quanto vi si debba allestire.

Scritta dal Venosino l'anno DCCVI, l' 1 d'Ottobre.

M. T. CICERONE A TERENZIA SUA S.

Credo di dover essere nel Toscolano a' sette, ovvero agli otto. Ivi fa che ogni cosa sia messa ad ordine: da che forse saremo in molti, e, come penso, ci starem qualche tempo. Se nel bagno non è la conca, fa che vi sia; e così del resto che partiene al vitto ed al ben essere. A Dio. Il calen di ottobre, dal Venosino.

CDXXX. (Ad Div. XV, 21)

Argumentum. 1 Scribit, se Trebonii epistolam, et librum ad se missum libenter legisse, aegre tamen eius discessum ferre. 2 Deinde suum de Calvo oratore iudicium defendit, 3 suamque in Trebonium benivolentiam testificatur.

Scr. Romae A. V. C. DCCVI, M. Dec.

M. T. CICERO TREBONIO S. P. D.

1 Et epistolam tuam legi libenter, et librum [1] libentissime: sed tamen in ea voluptate hunc accepi dolorem, quod, quum incendisses cupiditatem meam consuetudinis augendae nostrae (nam ad amorem quidem nihil poterat accedere), tum discedis a nobis [2], meque tanto desiderio afficis, ut unam mihi consolationem relinquas, fore, ut utriusque nostrum absentis desiderium crebris et longis epistolis leniatur. Quod ego non modo de me tibi spondere possum, sed de te etiam mihi: nullam enim apud me reliquisti dubitationem, quantum me amares. Nam, ut illa omittam, quae civitate teste fecisti, quum mecum inimicitias communicasti [3], quum me concionibus tuis defendisti, quum quaestor in mea, atque in publica causa consulum partes suscepisti [4], quum tribuno plebis quaestor non paruisti [5], cui tuus praesertim col-

CDXXX.

(A Div. XV, 21)

Argomento. 1 Scrive d'aver letto con piacere la lettera e il libro di Trebonio, e sopportare a mal in cuore la partenza di lui; 2 di poi difende il suo giudizio intorno all'oratore Calvo; 3 e dichiara la sua benevolenza verso di Trebonio.

Scritta da Roma l'anno DCCVI, nel mese di Decembre.

M. T. CICERONE A TREBONIO S.

1 E la tua lettera [1] ho letto volentieri, e volentierissimo il libro; e tuttavia nel piacere medesimo ho provato questo dolore, che tu, in quello che mi rinfiammi la voglia del far più stretta la nostra dimestichezza (da che l'amore non poteva esser più), in quel medesimo tu te ne vai; dandomi tanto dolore della tua partenza, che non mi lasci altro conforto che questo, del poter essere questo dolore della comun lontananza da spesse e lunghe lettere mitigato. Della qual cosa non pure io ti posso entrare per me pagatore, ma eziandio per te a me medesimo, non avendomi tu della grandezza dell'amor tuo lasciato alcun dubbio. Imperocchè, per lasciar da parte quello che tu hai fatto sugli occhi della città, pigliandoti a comune le mie inimicizie, difendendomi colle tue aringhe [2], prendendo nella tua questura le parti de' consoli nella mia e pubblica causa, ed avendo similmente questore dissentito dal tribuno della plebe, massimamente andandogli a'

lega pareret; ut haec recentia, quae meminero semper, obliviscar, quae tua solicitudo de me in armis, quae laetitia in reditu [6], quae cura, qui dolor, quum ad te curae et dolores mei perferrentur; Brundisium denique te ad me venturum fuisse, nisi subito in Hispaniam missus esses; ut haec igitur omittam, quae mihi tanti aestimanda sunt, quanti vitam aestimo, et salutem meam; liber iste, quem mihi misisti, quantam habet declarationem amoris tui! primum, quod tibi facetum videtur, quicquid ego dixi; quod aliis fortasse non item: deinde, quod illa, sive faceta sunt, sive secus [7], fiunt, narrante te, venustissima. Quin etiam ante, quam ad me veniatur, risus omnis paene consumitur [8]. Quod si in his scribendis nihil aliud, nisi, quod necesse fuit, de uno me tamdiu cogitavisses; ferreus essem, si te non amarem. Quum vero ea, quae scriptura [9] persecutus es, sine summo amore cogitare non potueris; non possum existimare, plus quemquam a se ipso [10], quam me a te amari. Cui quidem ego amori (utinam ceteris rebus possem!) amore certe respondebo: quo tamen ipso tibi confido futurum satis [11].

2 Nunc ad epistolam venio, cui copiose et suaviter scriptae nihil est quod multa respondeam. Primum enim ego illas Calvo [12] literas misi, non plus, quam has, quas nunc legis, existimans exi-

versi il suo collega; per dimenticar queste cose recenti (delle quali mi ricorderò sempremai), qual pena ti desti per conto mio essendo io in guerra! quale allegrezza del mio ritorno! quale la tua angustia, quale il dolore alle novelle delle mie angustie e dolori! e come finalmente tu volevi venire a me a Brindisi, se di repente non fossi mandato in Ispagna! [3] Per lasciar dunque da parte queste cose, le quali a me debbono valere la vita e salute mia, questo libro che mi mandasti, che chiaro specchio è egli dell' amor tuo! prima perchè tu hai per faceto ogni cosa che io dissi mai, il che non faran forse gli altri; l' altra, perchè quelle cose medesime (o elle sieno facete, o no) tu le rendi contando bellissime [4]; anzi, che è più, prima che siasi venuto a me, elle avranno presso che fornito di essere rise. Ora, quando non fosse altro, se non che tu, scrivendo le dette cose, hai di necessità dovuto pensar sì lungamente di solo me, sarei al certo di ferro se non ti amassi: ma non avendo tu potuto, mettendole sulla carta, pensarle senza grandissimo affetto, non posso credere che altri ami più se medesimo, che tu ti faccia di me. Al qual tuo amore così potess' io rispondere di altre cose, come certo di amore risponderò! confidandomi tuttavia che di solo questo tu debba esser contento.

2 Or vengo alla lettera, largamente e dolcemente scrittami, alla quale rispondere non mi bisognano molte parole. Imperocchè, la prima cosa, io scrissi a Calvo [5] quelle lettere, credendo che elle, non punto più che questa la qual tu leggi, dovessero essere divulgate: e

turas. Aliter enim scribimus, quod eos solos, quibus mittimus; aliter, quod multos lecturos putamus. Deinde ingenium eius melioribus extuli laudibus, quam tu id vere potuisse fieri putas: primum, quod ita iudicabam [13], acute movebatur [14]; genus quoddam sequebatur; in quo, iudicio lapsus, quo valebat [15], tamen assequebatur, quod probaret. Multae erant, et reconditae literae; vis non erat. Ad eam igitur adhortabar. In excitando autem, et in acuendo plurimum valet, si laudes eum, quem cohortere [16]. Habes de Calvo iudicium, et consilium meum: consilium, quod hortandi causa laudavi; iudicium, quod de ingenio eius valde existimavi bene [17].

3 Reliquum est, ut tuam profectionem amore prosequar, reditum spe exspectem, absentem memoria colam, omne [18] desiderium literis mittendis accipiendisque leniam. Tu velim tua in me studia et officia multum tecum recordere: quae quum tibi liceat, mihi nefas sit oblivisci; non modo virum bonum me existimabis, verum etiam te a me amari plurimum iudicabis. Vale.

CDXXXI. (Ad Div. IX, 1)

Argumentum. Scribit, se Varronis adventum cupide exspectare, et quoniam cum libris in gratiam redierit, sperare, si eum viderit, quae premant et quae impendeant, se facile transiturum.

in fatti in un modo scriviamo, sapendo che que' soli a' quali scriviamo debbano leggere; ed in altro, sapendo che molti. In secondo luogo, tu di', io ho levato il suo ingegno con più alte lodi, che tu pensi non rispondere al vero. Ma innanzi tratto, io lo feci, perchè, a mio parere, egli è scrittor caldo ed acuto; egli anche avea un certo suo dire; in questo egli errò (come che di giudizio valesse), pure toccava la meta da sè divisata: egli avea molta e recondita letteratura; gli mancava la forza: e però a questa io lo confortava; ora volendo altri punzecchiare, e toccar chicchessia, assaissimo fa il ponte alla esortazion con le lodi. Ecco il mio giudizio di Calvo, e 'l mio divisamento: il divisamento fu di lodarlo, per farmi via ad esortarlo; il giudizio poi, che del suo ingegno io m'ho un'opinione ben vantaggiata.

3 Resta ora che io nel tuo partire ti accompagni coll'amor mio; che io aspetti il tuo ritorno quale lo spero; che di te lontano faccia orrevole ricordanza, e che mitighi il dolore del non vederti col mandare e ricevere molte lettere. Quanto a te, io amerei che tu lungamente riandassi teco le tue cortesie ed i servigi prestatimi: i quali potendo ben tu, ma non io, senza colpa dimenticare, non solamente mi ti faranno credere un uom dabbene, ma ti proveranno grandissimo l'amor mio. A Dio.

CDXXXI. (A Div. IX, 1)

Argomento. Scrive d'aspettare bramosamente l'arrivo di Varrone, e poichè ha fatto pace coi libri, di sperare di potere colla sua presenza sostenere i mali presenti e i futuri.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII init.
C. Iulio Caesare III, M. Aemilio Lepido Coss.

M. T. CICERO M. TERENTIO VARRONI S. D.

Ex iis [1] literis, quas Atticus a te missas mihi legit, quid ageres, et ubi esses, cognovi: quando autem te visuri essemus, nihil sane ex iisdem [literis] potui suspicari. In spem tamen venio, appropinquare tuum adventum: qui mihi utinam solatio sit! etsi tot tantisque rebus urgemur, ut nullam allevationem [2] quisquam non stultissimus sperare debeat. Sed tamen aut tu potes me, aut ego te fortasse aliqua re iuvare. Scito enim, me, posteaquam in urbem venerim [3], redisse cum veteribus amicis, id est, cum libris nostris, in gratiam: etsi non ideirco eorum usum dimiseram, quod iis succenserem; sed quod eorum me suppudebat: videbar enim mihi, quum me in res turbulentissimas infidelissimis sociis demisissem [4], praeceptis illorum non satis paruisse. Ignoscunt mihi, revocant me [5] in consuetudinem pristinam; teque, quod in ea [6] permanseris, sapientiorem, quam me, dicunt fuisse. Quamobrem, quando [7] placatis his utor, videor, sperare debere, si te viderim, et ea, quae premant, et ea, quae impendeant, me facile transiturum [8]. Quamobrem, sive in Tusculano, sive in Cumano ad te [9] placebit, sive (quod minime ve-

Scritta da Roma sul principio dell'anno DCCVII, essendo consoli C. G. Cesare per la terza volta, e M. Emilio Lepido.

M. T. CICERONE A M. TERENZIO VARRONE [1] S.

Mi lesse Attico le tue lettere a lui, dalle quali compresi dove tu fossi, e quello che tu facessi; ma del quando noi fossimo per vederti, tu non ci hai dato a fare pur un sospetto. E tuttavia vo' sperare vicina la tua venuta; la qual faccia Dio che possa darmi conforto! essendo noi stretti da tali e sì gravi angustie [2], che niun può sperare alcuna consolazione, salvo se non fosse del tutto pazzo. Nondimeno o tu potrai forse a me, od io a te fare qualcosa di bene. Imperocchè tu dei sapere che tornato io a Roma, mi sono rappacificato co' miei vecchi amici, vo' dir co' miei libri; quantunque io non avea già rotta la costor pratica per alcun cruccio che io m'avessi con loro, sì perchè me n'era presa una cotal mezza vergogna: imperocchè, essendomi io gittato in compagnia di persone dislealissime, in un turbulentissimo pelago, io era rimorso di non aver troppo seguíto i loro precetti. Ma egli me la perdonano, e mi richiamano all'antica loro dimestichezza, dicendomi anche che tu (il quale in essa ti se' mantenuto) fosti più savio di me. Per la qual cosa, avendogli io rappaciati con me, mi sembra di dovere sperare che veggendo io te, leggermente potrò passarmi sì de' mali che mi stanno addosso, e sì di quelli che veggomi sopra il capo [3]. Adunque, o ti piaccia nel Tusculano, o nel Cumano [4], ovvero in Roma (dove

lim) Romae; dummodo simul simus; perficiam profecto, ut id utrique nostrum commodissimum esse videatur [10].

CDXXXII. (Ad Div. VI, 22)

Argumentum. Cn. Domitium Ahenobarbum L. Domitii consularis, qui in proelio Pharsalico occubuerat, filium, qui post illud praelium ab armis recesserat, serius tamen quam Cicero, spe veniae impetrandae, venerat in Italiam, orat, ut quum reip. iam satisfecerit, incolumitati suae consulat, et amicorum desiderium, quos belli casus eripuerat, aequo, saltem forti ferat animo.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII, ineunte.

CICERO DOMITIO

Non ea res me deterruit, quo minus, postea quam in Italiam venisti [1], literas ad te mitterem, quod tu ad me nullas miseras; sed quia nec quid tibi pollicerer, ipse egens rebus omnibus, nec quid suaderem, quum mihimetipsi consilium deesset, nec quid consolationis afferrem in tantis malis, reperiebam. Haec quamquam nihilo meliora sunt nunc [2], atque etiam multo desperatiora; tamen inanes esse meas literas, quam nullas, malui. Ego, si te intelligerem plus conatum esse suscipere rei publicae causa muneris, quam quantum praestare potuisses [3]; tamen, quibuscumque rebus possem,

meno che altrove vorrei), sì veramente che ci troviamo insieme, credo per fermo dovermi venir fatto che ad ambedue noi la cosa torni d'infinito vantaggio.

CDXXXII. (A Div. VI, 22)

Argomento. Prega Cn. Domizio Enobarbo, figlio di L. Domizio consolare morto nella battaglia Farsalica, il quale erasi bensì dopo quella battaglia ritirato dalla guerra, ma più tardi di Cicerone era venuto in Italia con isperanza d'impetrar perdono da Cesare, che soddisfatto al suo obbligo verso la Repubblica, pensi poi alla sua salvezza, e soffra, se non in pace, almeno rassegnato, la perdita degli amici che le vicende della guerra hannogli involato.

Scritta da Roma sul principio dell'anno DCCVII.

CICERONE A DOMIZIO

Dallo scriverti alcuna lettera, dopo il tuo ritorno in Italia, non mi ritrasse il non averne ricevuta da te nessuna: sì il non trovar io in tante miserie che cosa prometterti, avend'io bisogno di tutto; nè a che confortarti, non sapendo io stesso consiglio ch'io mi prendessi, nè alcuna consolazione da darti. Ora sebbene lo stato presente non sia vantaggiato di nulla, anzi ora quanto esser possa molto più disperato, tuttavia io ho amato meglio scriverti vote lettere, che nessuna. Se io ti vedessi esserti messo, per amore della Repubblica, sotto un peso maggiore delle tue forze [1], vorrei tuttavia ad ogni mio potere esortarti a prenderti quel modo

ad eam conditionem te vivendi, quae daretur, quaeque esset, hortarer. Sed quum consilii tui, bene fortiterque suscepti, eum tibi finem statueris, quem ipsa fortuna terminum nostrarum contentionum esse voluisset[4]: oro obtestorque te, pro vetere nostra coniunctione ac necessitudine, proque summa mea in te benivolentia, et tua in me pari, te ut nobis, parenti[5], coniugi, tuisque omnibus, quibus es fuistique semper carissimus, salvum conserves; incolumitati tuae, tuorumque, qui ex te pendent[6], consulas; quae didicisti, quaeque ab adolescentia pulcherrime a sapientissimis viris tradita, memoria et scientia comprehendisti, iis hoc tempore utare; quos coniunctos summa benivolentia plurimisque officiis amisisti[7], eorum desiderium, si non aequo animo, at forti[8] feras. Ego, quid possim, nescio, vel potius me parum posse[9] sentio: illud tamen tibi polliceor, me, quaecumque saluti dignitatique tuae conducere arbitrabor, tanto studio esse facturum, quanto semper tu et studio et officio in meis rebus fuisti. Hanc meam voluntatem ad matrem tuam, optimam feminam, tuique amantissimam, detuli. Si quid ad me scripseris, ita faciam, ut te velle intellexero. Sin autem tu minus[10] scripseris, ego tamen omnia, quae tibi utilia esse arbitrabor, summo studio diligenterque[11] curabo. Vale.

di vita che ti era data, e che il tempo portava: ma posciachè tu hai fermato di dare al proponimento tuo, da te saviamente e fortemente preso, quel fine medesimo che la fortuna ha posto per termine di tutte le nostre contese, ti prego e scongiuro per l'antica nostra società ed amicizia, e per lo sommo amore che io porto a te, e per quel non minore che tu a me, che tu vogli conservarti salvo a noi, al padre, alla moglie ed a tutti li tuoi, a' quali tu sei e fosti sempre carissimo, che tu provvegga al ben essere tuo proprio e de' tuoi, che da te hanno ogni cosa; e che in questo tempo tu rechi ad effetto quelle cose che tu hai imparato, e di che dalla tua adolescenza tu ti sei per memoria e per dottrina imbevuto nell'animo, da' libri eccellentemente scritti da' primi savi; e che il dolore della perdita di coloro, co' quali di somma benevolenza e di singolari servigi tu eri legato, tu te lo porti, se non con animo riposato, almeno con forte. Quello che io possa nol so, o piuttosto sono a me consapevole di poter poco; nondimeno di questo mi ti obbligo: cioè di fare ogni cosa che io crederò tuo bene ed onore, con tanto di zelo, quanta fu l'affezione e l'opera che tu sempremai mi prestasti ne' casi miei. Questa deliberazione dell'animo mio ho profferto alla madre tua, ottima femmina, e che ti vuol tutto il suo bene. Se tu mi scriverai di checchessia, io farò ogni tuo piacere; se nol farai, ed io altresì darò opera diligentissimamente e con sommo ardore in tutte le cose che io giudicherò essere del ben tuo. A Dio.

CDXXXIII. (Ad Div. IV, 15)

Argumentum. Hortatur Plancium, ut communem fortunam fortiter ferat.

Scr. Romae initio A. V. C. DCCVII.

M. T. CICERO CN. PLANCIO S. D.

Accepi perbreves tuas literas [1], quibus id, quod scire cupiebam, cognoscere non potui: cognovi autem id, quod mihi dubium non fuit. Nam, quam fortiter ferres communes miserias, non intellexi; quam me amares, facile perspexi. Sed hoc sciebam [2]: illud si scissem, ad id meas literas accommodassem [3]. Sed tametsi [4] antea scripsi, quae existimavi scribi [5] oportere; tamen hoc tempore breviter commonendum putavi, ne quo in [6] periculo te proprio existimares esse: in magno omnes, sed tamen in communi [7] sumus. Quare non debes aut propriam fortunam et [8] praecipuam postulare, aut communem recusare. Quapropter eo animo simus inter nos, quo semper fuimus. Quod de te sperare, de me [9] praestare possum. Vale.

CDXXXIV. (Ad Div. XIII, 29)

Argumentum. Rogat Plancum, ut studium suum interponat, ut Capito Antistii hereditatem obtineat.

CDXXXIII. (A Div. IV, 15)

Argomento. Anima Plancio a sostenere con fortezza d'animo la comune fortuna.

Scritta da Roma sul principio dell' anno DCCVII.

M. T. CICERONE A GN. PLANCIO S.

Dalla tua brevissima lettera non potei ritrarre quello che di sapere avea maggior voglia: e quello ho veduto di che non ho mai dubitato: chè non ho conosciuto con quanta fortezza tu portassi le comuni calamità; ed ho chiaramente veduto quanto mi volessi di bene: la prima delle quali due cose avend' io saputo, t'avrei scritto lettere da quel bisogno. E tuttavia, sebbene dinanzi t'ho scritto secondo che ho creduto bisognare; tuttavia, nello stato presente, credetti di brevemente ammonirti che non ti voglia credere posto in un pericolo singolare dagli altri: in un grave siam tutti, e nondimeno comune. Il perchè tu non dei dimandare una fortuna peculiare e vantaggiata, o ricusarla comune. Resta dunque che noi seguiamo d'esser fra noi del medesimo animo che fummo sempre; il che di te ben posso sperare, di me mantenere. A Dio.

CDXXXIV. (A Div. XIII, 29)

Argomento. Prega Planco che interponga i suoi buoni officii, affinchè Capitone sia messo in possesso dell'eredità di Antistio.

Scr. Romae initio A. V. C. DCCVII.

M. T. CICERO L. PLANCO [1] S.

Non dubito, quin scias, in iis necessariis, qui tibi a patre relicti sunt [2], me tibi esse vel coniunctissimum, non his modo causis, quae speciem habeant magnae coniunctionis, sed iis etiam, quae familiaritate et consuetudine tenentur [3]: quam scis mihi iucundissimam cum patre tuo, et summam fuisse. Ab his initiis noster in te amor profectus, auxit paternam necessitudinem, et eo magis, quod intellexi, ut primum per aetatem iudicium facere potueris quanti quisque tibi faciendus esset, me a te in primis coeptum esse observari, coli, diligi. Accedebat non mediocre vinculum quum studiorum, quod ipsum est per se grave, tum eorum studiorum, earumque artium, quae per se ipsae [4] eos, qui voluntate eadem sunt, etiam familiaritate devinciunt. Exspectare te arbitror, haec tam longe repetita principia quo spectent. Id primum ergo habeto, non sine magna iustaque causa hanc a me commemorationem esse factam. C. Ateio Capitone utor familiarissime. Notae tibi sunt varietates meorum temporum. In omni genere et honorum et laborum [5] meorum, et animus, et opera, et auctoritas, et gratia, etiam res familiaris C. Capitonis praesto fuit, et patuit [6] et tempo-

Scritta da Roma sul principio dell' anno DCCVII.

M. T. CICERONE A L. PLANCO [1] S.[1]

Tu sai, non ne dubito, che degli amici a te lasciati dal padre, io ti sono di tutti il più intrinseco; e non già solamente per conto di quelle cose che di intrinsichezza danno gran vista, ma eziandio per quelle che sono innaturate nella famigliarità e dimestichezza; la qual tu sai aver io avuto col padre tuo strettissima e giocondissima. Ora l' amor mio verso di te, ingenerato da questi principii, serrò più il nodo della dimestichezza stata col padre; e ciò tanto più, per aver io conosciuto che non prima toccasti quella età in cui potevi far le ragioni del quanto tu avessi a stimar questo o quello, che io fui da te cominciato amare, onorare e osservare in capo di tutti. Aggiugni a ciò il legame (che non è poca cosa) degli studi, il quale ha gran momento, sì per se stesso, e sì per essere di siffatti studi ed arti, le quali sono per sè nate a stringere via più col groppo della dimestichezza quelle persone tra loro che sono di una medesima volontà. Io son certo che tu di': Or dove vuol riuscire costui con sì larga giravolta? — Dunque, innanzi tratto, stammi sicuro che tutta cotesta filatera non è stata senza grande e giusto perchè. Io sono ugna e carne con C. Ateio Capitone. Tu sai gli svariati casi della mia vita: ora in ogni stato, sì de' miei onori, come de' travagli, sappi che l' animo, l' opera, l' autorità e la grazia, senza eccettuar le sostanze di C. Capitone, furono sempre per

ribus, et fortunae meae. Huius propinquus fuit T. Antistius; qui quum sorte quaestor Macedoniam obtineret, neque ei successum esset, Pompeius in eam provinciam cum exercitu venit 7. Facere Antistius nihil potuit: nam, si potuisset, nihil ei fuisset antiquius, quam ad Capitonem, quem ut parentem diligebat, reverti 8; praesertim quum sciret, quanti is Caesarem faceret, semperque fecisset. Sed oppressus 9, tantum attigit negotii, quantum recusare non potuit. Quum signaretur 10 argentum Apolloniae, non possum dicere, eum praefuisse, neque possum negare affuisse, sed non plus duobus, an 11 tribus mensibus. Deinde abfuit a castris 12: fugit omne negotium. Hoc mihi, ut testi, velim credas. Meam enim ille moestitiam in illo bello videbat, mecum omnia communicabat. Itaque abdidit se in intimam Macedoniam, quo 13 potuit longissime a castris, non modo ut non praeesset ulli negotio; sed etiam ut ne interesset quidem. Is post proelium 14 se ad hominem necessarium, A. Plautium, in Bithyniam contulit. Ibi eum Caesar quum vidisset, nihil aspere, nihil acerbe dixit: Romam iussit venire. Ille in morbum continuo incidit; ex quo non convaluit. Aeger Corcyram venit; ibi est mortuus. Testamento, quod Romae Paullo et Marcello consulibus 15 fecerat, heres ex parte dimidia et tertia 16 est Capito: in sextante sunt ii, quorum pars, sine ulla cuiusquam que-

me, servendo a ogni tempo e fortuna mia. Costui parente fu T. Antistio, il quale essendo assortito questore nella Macedonia, e tenutala senza aver mai successore, Pompeo venne coll'esercito nella sua provincia. Antistio non potè muoversi: chè se egli avesse potuto, egli niente meglio desiderava che di tornare a Capitone, amandolo come padre; massime che egli sapeva stima che egli aveva e sempre avuta di Cesare. Ma essendogli venuto addosso Pompeo, pose senza più un dito a fare quel poco di che non poteva cessarsi. Essendo coniate monete in Apollonia, non posso dire lui essere stato sopracciò de' maestri, e non posso eziandio affermare lui non esserci stato; ma la cosa non passò i due o tre mesi. D'allora in poi egli non vide più il campo, non entrò in cosa del mondo; le quali cose tu dei credere a me, che ne fui testimonio: imperocchè egli vedeva la mia amaritudine per conto di quella guerra, e meco communicava ogni cosa. Adunque si rincantucciò nel fondo della Macedonia, per non sentir pure l'odore dell'esercito; non solo per non menare, ma e per eziandio non essere in nessuna pratica. Dopo quella giornata egli trasportò se medesimo in Bitinia ad A. Plauzio suo amico; dove avendol veduto Cesare, non gli disse una parola dura, non una pungente, ma il fece venire a Roma. Di presente ammalò senza mai riaversi; così malato venne a Corfù, e quivi morì. Ora, in virtù del testamento da lui fatto in Roma, consoli Paolo e Marcello, Capitone è erede di dieci delle dodici parti [2]; le altre due ricascano a coloro la cui parte, senza potersene doler nessuno, può esser tratta al fisco, e monta

rela, publica potest esse: ea est ad H-S xxx. Sed de hoc Caesar viderit. Te, mi Plance, pro paterna necessitudine, pro nostro amore, pro studiis et omni cursu nostro totius vitae simillimo, rogo, et a te ita peto, ut maiore cura, maiore studio nullo [17] possim, ut hanc rem suscipias; meam putes esse; enitare, contendas, efficias, ut mea commendatione, tuo studio, Caesaris beneficio, hereditatem propinqui sui C. Capito obtineat. Omnia, quae potui, in hac summa tua gratia ac potentia [18], a te impetrare, si petiissem, ultro te ad me detulisse putabo, si hanc rem impetravero. Illud fore tibi adiumento spero, cuius ipse Caesar esse optimus iudex potest: semper Caesarem Capito coluit et dilexit. Sed ipse [19] huius rei testis est: novi hominis memoriam. Itaque nihil te doceo. Tantum tibi sumito [20] pro Capitone apud Caesarem, quantum ipsum meminisse senties. Ego, quod in me ipso experiri potui [21], ad te deferam: in eo quantum sit ponderis, tu videbis. Quam partem in re publica causamque defenderim, per quos homines ordinesque steterim, quibusque munitus [22] fuerim, non ignoras. Hoc mihi velim credas: si quid fecerim hoc ipso in bello minus ex Caesaris voluntate, quod intellexerim scire ipsum Caesarem me invitissimum fecisse; id feci [23] aliorum consilio, hortatu, auctoritate: quod fuerim moderatior temperatiorque, quam in ea parte [24]

a trentamila sesterzii: ma Cesare ne faccia egli. Adunque, il mio Planco, per la intrinsichezza del padre tuo, per l'amor di noi due, per gli studi, e per la medesimezza dell'andare di tutta la vita nostra, ti prego e te ne fo pressa col maggior ardore e zelo che io possa, pígliati questo negozio per mio; datti attorno, fa ogni sforzo, conchiudi: sì che e per la mia raccomandazione, per la tua instanza, e per grazia di Cesare, C. Capitone s'abbia questa eredità del suo parente. Ogni cosa che io, domandandolati, avrei potuto impetrare (avendo tu il favore e la potenza che hai), io farò ragione che tu mel' abbi spontaneamente conceduta, se questa sola cosa otterrò. E c'è una cosa che spero ti debba in ciò agevolare (e Cesare medesimo ne puote esser buon giudice), che Capitone amò sempre ed onorò Cesare; ma ed egli medesimo ne è ben testimonio: so io memoria che egli ha. Il perchè io non ti vo' tornare a mente nessuna cosa; solamente tu pigliati in favor di Capitone con Cesare tanto di zelo, quanto troverai essere in Cesare di ciò rimaso reminiscenza. Io ne ho fatto ben prova in me medesimo, ma a te ne lascio il giudizio; mi dirai tu quanto in ciò siavi di peso. Qual parte e qual causa abbia io mantenuto nella Repubblica, a quali persone ed a quali ordini io sia debitore dello stato mio, tu tel sai, e quali appoggi abbia io avuto. Io voglio che tu mi creda che se in questa guerra medesima io ho fatto qualcosa con poca soddisfazione di Cesare (ed io sapea bene, come esso Cesare non ignorava, me averlo fatto di malissima voglia), io il feci d'altrui consiglio, conforto ed autorità; ma se io mi portai più modestamente e temperatamente di qualunque altro di quella

quisquam; id me fecisse maxime auctoritate Capitonis; cuius similes si reliquos necessarios habuissem, rei publicae fortasse nonnihil, mihi certe plurimum profuissem. Hanc rem, mi Plance, si effeceris; meam de tua erga me benivolentia spem confirmaveris; ipsumque [25] Capitonem, gratissimum, officiosissimum, optimum virum, ad tuam necessitudinem tuo summo beneficio adiunxeris.

CDXXXV. (Ad Div. XIII, 78)

Argumentum. Petit, ut Democritum in suam fidem recipiat.

Scr. Romae initio A. V. C. DCCVII.

M. T. CICERO ALLIENO PROCOS. [1] S. D.

Democritus Sicyonius non solum hospes meus est, sed etiam, quod non multis contingit, Graecis praesertim, valde familiaris. Est enim in eo summa probitas, summa virtus, summa in hospites liberalitas et observantia; meque praeter ceteros [2] et colit, et observat, et diligit. Eum tu non modo suorum civium, verum paene Achaiae principem cognosces [3]. Huic ego tantummodo aditum ad tuam cognitionem patefacio et munio: cognitum per te ipsum, quae tua natura est, dignum tua amicitia, atque hospitio iudicabis. Peto igitur a te, ut, his literis lectis, recipias eum in tuam fidem; pollicere, omnia te facturum mea causa.

parte, io l'ho fatto, più che di nessun altro, per l'autorità di Capitone, al quale se io avessi avuto somiglianti gli altri miei amici, alla Repubblica forse qualcosa, a me certo assaissimo avrei fatto di bene. Se io abbia per te questa grazia, tu avrai in me ribadita la fidanza presa dell'amore che tu mi porti; ed avrai con questo sommo benefizio obbligato a te esso Capitone, officiosissimo uomo e gratissimo.

CDXXXV. (A Div. XIII, 78)

Argomento. Prega che accordi la sua protezione a Democrito.

Scritta da Roma sul principio dell'anno DCCVII.

M. T. CICERONE AD ALLIENO PROCONS. [1] S.

Democrito di Sicione [2] è non pur mio ospite, ma e (quello che non è di molti, Greci in ispezieltà) assai intrinseco: ed egli il vale per la somma bontà sua, somma virtù, e somma liberalità ed osservanza verso degli ospiti; e sopra gli altri mi careggia ed ama ed osserva. Or tu lo vedrai, e giudicheràlo non pure de' suoi terrazzani, ma e primo di tutta l'Acaia. A siffatto uomo io fo senza più e fornisco il ponte alla tua conoscenza: conosciutolo poi tu medesimo (conosco la tua natura), l'avrai per degno della tua amicizia ed ospizio. Ti prego adunque che, lette queste lettere, tu lo riceva nella tua buona grazia, e gli ti profferisca a mio riguardo per tutte cose. Del resto, come tu l'ab-

De reliquo, si, id quod confido fore, dignum eum tua amicitia hospitioque cognoveris; peto, ut eum complectare, diligas, in tuis habeas. Erit id mihi maiorem in modum gratum. Vale.

CDXXXVI. (Ad Div. XIII, 79)

Argumentum. Caium et Marcum Avianos fratres commendat.

Scr. Romae initio A. V. C. DCCVII.

M. T. CICERO ALLIENO PROCOS. S. P. D.

Et te scire arbitror, quanti fecerim C. Avianum Flaccum [1]; et ego ex ipso audieram, optimo et gratissimo [2] homine, quam a te liberaliter esset tractatus. Eius filios dignissimos illo patre, meosque necessarios, quos ego unice diligo, commendo tibi sic, ut maiore studio nullos commendare possim. C. Avianus in Sicilia est: Marcus est nobiscum. Vt illius dignitatem praesentis ornes, rem utriusque defendas, te rogo. Hoc mihi gratius in ista provincia facere nihil potes: idque ut facias, te vehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

CDXXXVII. (Ad Div. XIII, 10)

Argumentum. M. Bruto, quem Caesar in Africanum bellum profecturus, Cisalpinae Galliae praefecerat, Varronem, quaestorem ei sorte datum, diligentissime commendat.

bia trovato (e me ne tengo sicuro) degno della tua amicizia ed ospizio; ti prego che tu te l'abbi caro, lo ami, e 'l faccia de' tuoi; il che mi sarà grato quanto possa essere più. A Dio.

CDXXXVI. (A Div. XIII, 79)

Argomento. Raccomanda Caio e Marco fratelli Aviani.

Scritta da Roma sul principio dell'anno DCCVII.

M. T. CICERONE AD ALLIENO PROCONS. S.

Quanto io abbia sempre pregiato C. Aviano Flacco, e credo che tu lo sappia; e da lui stesso, ottimo uomo e gratissimo, aveva io medesimo inteso quanto nobilmente fosse stato da te trattato. Ora i costui figliuoli, degnissimi di tal padre e miei amici, e da me amati teneramente, io ti raccomando con tal calore, che con maggiore non potrei persona del mondo. C. Aviano è in Sicilia, Marco qui. Vedi, ti prego, che per questo qua tu dia mano ad ogni cosa che sia di suo onore, e che difenda le fortune dell'uno e dell'altro. Non è in cotesta provincia cosa che tu possa fare a me più grata di questa; e che tu voglia farlo, ti prego quanto mai posso. A Dio.

CDXXXVII. (A Div. XIII, 10)

Argomento. Raccomanda premurosamente a M. Bruto, preposto da Cesare sul partire per la guerra d'Africa al governo della Gallia Cisalpina, Varrone, che la sorte aveagli dato per questore.

Scr. Romae initio A. V. C. DCCVII.

CICERO BRVTO S.

Quum ad te tuus quaestor, M. Varro [1], proficisceretur, commendatione egere eum non putabam. Satis enim commendatum tibi eum arbitrabar ab ipso more maiorum; qui, ut te non fugit, hanc quaesturae coniunctionem, liberorum necessitudini proximam voluit esse [2]. Sed quum sibi ita persuasisset ipse, meas de se accurate scriptas literas maximum apud te pondus habituras, a meque contenderet, ut quam diligentissime scriberem; malui facere, quod meus familiaris tanti sua interesse arbitraretur. Vt igitur debere me facere hoc intelligas, quum primum M. Terentius in forum venit [3], ad amicitiam se meam contulit. Deinde, ut se corroboravit [4], duae causae accesserunt, quae meam in illum benivolentiam augerent [5]: una, quod versabatur in hoc studio nostro [6], quo etiam nunc maxime delectamur, et cum ingenio [7], ut nosti, nec sine industria; deinde, quod mature se contulit in societates publicanorum [8]; quod quidem nollem. Maximis enim damnis affectus est. Sed tamen causa communis ordinis [9], mihi commendatissimi, fecit amicitiam nostram firmiorem. Deinde versatus in utrisque subselliis [10] optima et fide, et fama, iam ante hanc commutationem rei

Scritta da Roma sul principio dell'anno DCCVII.

CICERONE A BRUTO [1] S.

A M. Varrone [2], che viene a te per questore, non credetti far bisogno di raccomandazione, da che io il giudicai a te abbastanza raccomandato dallo stil senza più degli antichi; il quale (ben sai) ha dato a cotesta congiunzion di questore il primo grado, dopo l'intrinsichezza de' figliuoli. Ma essendosi egli cacciato in capo che una mia lettera, accuratamente scritta per lui, dovesse appo te valere assaissimo, e perfidiasse a ogni modo che io una te ne dovessi scrivere colla maggior efficacia, mi son lasciato ire a compiacergli in cosa che egli mio amico giudicava dovergli tanto importare. Ora, acciocchè tu vegga debito che io avea di farlo, sappi che dal primo tempo che M. Terenzio si mise nel foro [3], tutto mi si diè per amico; appresso, essendo egli venuto più innanzi, due ragioni si sono aggiunte, da farmi volere a lui più di bene: l'una, che egli s'esercitava in questo mio studio (del quale anche al presente io mi diletto quanto esser possa), e con ingegno (come tu sai), e non senza fervore; l'altra, che egli per tempo si mise per sozio de' publicani: così non l'avesse egli mai fatto! chè di danni gravissimi ne acquistò. Tuttavia l'aver egli comune la causa di quell'ordine a me raccomandatissimo, riconficcò meglio la nostra amicizia. Oltre a ciò, egli sedette nelle due sedie [4] con lealtà e fama specchiata. Prima di questo ri-

publicae, petitioni [11] sese dedit, honoremque honestissimum existimavit fructum laboris sui. His autem temporibus [12] a me Brundisio cum literis et mandatis profectus ad Caesarem est: qua in re et amorem eius in suscipiendo negotio [13] perspexi, et in conficiendo ac renuntiando fidem. Videor mihi, quum separatim de probitate eius et moribus dicturus fuissem, si prius causam, cur eum tantopere diligerem, tibi exposuissem, in ipsa causa exponenda satis etiam de probitate dixisse. Sed tamen separatim promitto, in meque recipio, fore eum tibi et voluptati, et usui. Nam et modestum hominem cognosces, et prudentem [14], et a cupiditate omni remotissimum; praeterea magni laboris summaeque industriae. Neque ego haec polliceri debeo, quae tibi ipsi, quum bene cognoris, iudicanda sunt; sed tamen in omnibus novis coniunctionibus interest, qualis primus aditus sit, et qua commendatione quasi amicitiae fores aperiantur. Quod ego his literis efficere volui: etsi id ipsa per se necessitudo quaesturae efficere [15] debet: sed tamen nihilo infirmius illud [16], hoc addito. Cura igitur, si me tanti facis, quanti et Varro existimat, et ipse sentio, ut quam primum intelligam, hanc meam commendationem tantum illi utilitatis attulisse, quantum et ipse sperarit, nec ego dubitarim.

verso della Repubblica s' era già messo á dimandar le cariche, giudicando degnissimo frutto de' suoi travagli l'onore. In questo tempo poi egli da Brindisi si condusse a Cesare di mia commissione [5]; nel qual fatto mi dimostrò, e nel prendere questo carico, l'amor suo, e la fede nel ben condurlo e nel farmene la relazione. Io volea prima toccarti in proprio la bontà e' costumi di lui, e così esporti il perchè io l'amassi cotanto: ma e' mi pare d'averti abbastanza dimostra la bontà di lui, con solamente averti esposto il suddetto perchè. Nondimeno io ti prometto in proprio e ti sto pagatore che di lui tu avrai piacere ed utilità: imperocchè tu lo troverai uomo modesto, prudente, lontanissimo da ogni avarizia, ed anche assai tollerante e procacciante. Veramente non fa che tanto io ti prometta di lui, da che tu medesimo, toccandol con mano, ne sarai certificato. Tuttavia nel principio di tutte congiunzioni importa assai, qual sia stato il primo passo, e per cui raccomandazione fossero aperte quasi le porte all'amicizia. Ora ciò con queste lettere ho voluto far io, sebbene il debba aver fatto per sè la congiunzione della questura: tuttavia per questa giunta essa non perderà punto di sua saldezza. Per la qual cosa, se tu hai di me l'opinione che Varron crede e conosco io medesimo, fà in modo che quanto prima io m'accorga, questa mia raccomandazione essere stata a lui tanto utile, quanto ed egli avea sperato, ed io tenutomi in mano.

CDXXXVIII. (Ad Div. V, 21)

Argumentum. Mescinio Rufo, sui videndi cupido, mutua se teneri cupiditate significat; eumque hortatur, ut temporum acerbitatem literarum studiis et optimae conscientiae recordatione mitiget.

Scr. Romae initio A. V. C. DCCVII.

M. T. CICERO L. MESCINIO [1] S. D.

Gratae mihi tuae literae fuerunt; ex quibus intellexi (quod etiam sine literis arbitrabar), te summa cupiditate affectum esse videndi mei. Quod ego ita libenter accipio, ut tamen tibi non concedam [2]. Nam tecum esse, ita mihi omnia, quae opto, contingant [3], ut vehementer velim. Etenim [4] quum esset maior et virorum, et civium bonorum, et iucundorum hominum, et amantium mei copia; tamen erat nemo, quicum essem libentius, quam tecum; et pauci, quibuscum [essem [5]] aeque libenter. Hoc vero tempore, quum alii interierint [6], alii absint, alii mutati voluntate sint; unum, medius fidius, tecum diem libentius posuerim, quam hoc omne tempus cum plerisque eorum [7], quibuscum vivo necessario. Noli enim [8] existimare, mihi solitudinem non iucundiorem esse (qua tamen ipsa uti non licet), quam sermones eorum, qui frequentant domum meam, excepto

CDXXXVIII. (A Div. V, 21)

Argomento. Significa a Mescinio Rufo bramoso di vederlo, che anch'egli sente la stessa brama; e lo anima a raddolcire la crudezza de' tempi colle belle lettere e col testimonio di una retta coscienza.

Scritta da Roma sul principio dell'anno DCCVII.

M. T. CICERONE A L. MESCINIO S.

Gran piacere mi diedero le tue lettere, dalle quali ho veduto (quello che senza lettere io ben credeva) come tu ti consumi di rivedermi. Or di ciò mi piglio io ben piacere; sì veramente, che a te non cedo. Imperocchè, così m'abbia io ogni cosa che meglio desidero! come d'esser con te io ho la più accesa voglia del mondo. Conciossiachè anche allora che io m'avea meglio a mia posta i dabben personaggi e cittadini, e gli uomini più giocondi ed amanti di me; tuttavia io non n'avea alcuno col quale io stessi più volentier che con te, e di quelli co' quali altrettanto, assai pochi. Or in questo tempo, conciossiachè altri sien morti, altri lontani di qua, altri cangiato animo; io ti prometto sopra l'anima mia, più volentieri logorerei teco un solo giorno, anzi che tutto il tempo con la più parte di quelli co' quali m'è forza di vivere. Imperocchè non creder già che io non avessi più caro di viver solo (e nè eziandio questo non posso), che d'udir parlare que' che usano a casa mia, da uno in fuori, o il più da

uno, aut ad summum [9] altero. Itaque utor eodem perfugio, quo tibi utendum censeo, literulis nostris; praeterea conscientia etiam consiliorum meorum. Ego enim is sum, quemadmodum tu facillime potes existimare [10], qui nihil umquam mea potius, quam meorum civium causa fecerim: cui nisi invidisset is [11], quem tu numquam amasti (me enim amabas), et ipse beatus esset, et omnes boni [12]. Ego sum, qui nullius vim plus valere volui, quam honestum otium; idemque, quum illa ipsa arma [13], quae semper timueram, plus posse sensi, quam illum consensum bonorum [14], quem ego idem effeceram; quavis tuta [15] conditione pacem accipere malui, quam viribus cum valentiore pugnare. Sed haec [16], et multa alia coram brevi tempore licebit. Neque me tamen ulla res alia Romae tenet, nisi exspectatio rerum Africanarum [17]. Videtur enim mihi res in propinquum adducta discrimen. Puto autem mea nonnihil interesse (quamquam id ipsum, quid intersit, non sane intelligo); verumtamen, quicquid illinc nuntiatum sit, non longe abesse a consiliis amicorum [18]. Est enim res iam in eum locum adducta [19], ut, quamquam multum intersit inter eorum causas, qui dimicant, tamen inter victorias non multum interfuturum putem [20]. Sed plane animus, qui dubiis rebus forsitan fuerit infirmior, desperatis confirmatus est multum: quem etiam tuae

due. Pertanto io mi ricovero (come credo che tu debba far tu medesimo) con le povere mie lettere, e con la coscienza de' miei consigli: conciossiachè io sono colui il quale (come tu puoi credere leggermente) nulla ho mai fatto anzi per mio interesse, che de' miei cittadini; e se non m'avesse portata invidia un cotale che tu mai non amasti [1] (amando tu me), ed egli sarebbe, e con lui tutti i buoni beati. Io son colui che non ho mai dato maggior peso alla violenza di chicchessia, che ad un onesto riposo; ed io medesimo, avendo compreso, quelle stesse armi che io avea sempre temuto, prevalere a quel consentimento de' buoni di che io stesso era stato l'autore, ho eletto meglio la pace, a qualsivoglia patto sicuro, che venire alla prova dell'armi con chi ne potea più. Ma di ciò e di più altre cose avremo agio di parlare in breve fra noi. E se io mi sto a Roma, nol fo per altro, che per aspettare le novelle dell'Africa [2]: da che la cosa poco può stare ad esser decisa. Imperocchè io penso che importi al fatto mio (quantunque ciò medesimo che importi non veggo bene [3]), checchè ci sia rapportato di là, non essere però discosto dagli amici con chi consigliarmi: posciachè la bisogna è recata a tal termine, che sebbene l'una causa abbia gran differenza dall'altra, tuttavia, di chiunque sia la vittoria, non me ne aspetto troppo di bene nè di qua nè di là. Ma ricisamente egli incontra che l'animo, il quale, stando le cose in ponte, era stato forse un po' debole, gittata via la speranza, si ricoglie assa

superiores literae confirmarunt, quibus intellexi, quam fortiter iniuriam ferres [21]; iuvitque me, tibi quum summam humanitatem, tum etiam tuas literas profuisse. Verum enim scribam: teneriore mihi animo videbare, sicut omnes fere, qui vita ingenua in beata civitate et libera [22] viximus. Sed, ut illa secunda [23] moderate tulimus; sic hanc non solum adversam, sed funditus eversam fortunam fortiter ferre debemus; ut hoc saltem in maximis malis boni consequamur, ut mortem, quam etiam beati contemnere debebamus [24], propterea quod nullum sensum [25] esset habitura, nunc sic affecti, non modo contemnere debeamus, sed etiam optare. Tu, si me diligis, fruere isto otio, tibique persuade, praeter culpam ac peccatum, quo [26] semper caruisti, et carebis, homini accidere nihil posse, quod sit horribile, aut pertimescendum [27]. Ego, si videbitur recte fieri posse, ad te veniam brevi: si quid acciderit, ut mutandum consilium sit, te certiorem faciam statim. Tu ita fac cupidus mei videndi sis, ut istinc te ne moveas tam infirma valitudine, nisi ex me prius quaesieris per literas, quid te velim facere. Me velim, ut facis, diligas, valitudinique tuae, et tranquillitati animi servias.

più gagliardo; al che assai lo aiutarono le tue lettere, veggendo io con quanta fortezza portassi l'ingiuria ricevuta [4]; e mi son compiaciuto che sì dalla somma tua umanità e sì dalle tue dottrine tu abbia cavato sì buon servigio [5]. Imperocchè (vo' dirti il vero) io ti temea di animo anzi molle che no; come il più siamo noi che, nobilmente vivendo [6], ci passiamo in una libera ed opulenta città. Ma ecco: siccome modestamente ci siam portati in quella prosperità, così dobbiamo questa non pur contraria ma rovinata fortuna tollerar con fortezza, per conseguir ne' maggiori mali del mondo almen questo bene, di dover quella morte (la quale eziandio nella prosperità ci conveniva non curare) non pur disprezzare nella presente miseria, ma e desiderarla. Tu, se mi ami, goditi questo tuo riposo, e renditi certo, dalla colpa [7] e dal delitto in fuori (di che tu fosti e sarai sempre netto), nulla poter incontrare all'uomo che sia orribile e da temere. Io, se mi parrà di poter farlo sicuramente, di corto ne verrò a te: se nulla avvenga da dover mutare proponimento, tel farò saper di presente. Tu signoreggia la voglia che hai di vedermi, per modo che di costì non ti muova, essendo così accasciato, che prima tu non mi domandi per lettere intorno a ciò il mio parere. Amami, ti prego, sì come fai, e dà opera di star bene e tranquillo.

CDXXXIX.

(Ad Div. IX, 3)

Argumentum. Iturum se ad Varronem scribit: veretur autem si Baias proficiscantur, ne sint, qui reprehendant: se vero barbarorum voces contemnere.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII, circa Id. Apr.

CICERO VARRONI

Etsi, quid [1] scriberem, non habebam, tamen Caninio [2] ad te eunti non potui nihil dare. Quid ergo potissimum scribam? quod velle te puto, cito me ad te esse venturum. Etsi vide, quaeso, satisne rectum [3] sit, nos, hoc tanto incendio civitatis, in istis locis esse [4]. Dabimus sermonem [5] iis, qui nesciunt, nobis, quocumque in loco simus, eumdem cultum, eumdem victum esse. Quid refert? [6] tamen in sermonem incidemus. Valde id, credo, laborandum est [7], ne, quum omnes in omni genere et scelerum et flagitiorum volutentur, nostra nobiscum, aut inter nos cessatio [8] vituperetur. Ego vero, neglecta barbarorum [9] inscitia, te persequar. Quamvis enim haec [10] sint misera, quae sunt miserrima; tamen artes nostrae, nescio quo modo, nunc uberiores fructus ferre videntur, quam olim ferebant: sive quia nulla nunc in re alia acquiescimus [11], sive quod gravitas morbi [12] facit, ut medicinae egeamus; eaque nunc appareat,

CDXXXIX. (A Div. IX, 3)

s'è fatto con dignità. Imperocchè esso Cesare, dopo dolutosi dell'acerbità di Marcello (questo nome le dava), e lodata orrevolissimamente la tua moderazione e prudenza, di repente fuor d'ogni speranza disse che al Senato, il quale pregavalo di Marcello (nè eziandio ritenuto dall'ingiuria di lui), nulla avrebbe negato. Ora il Senato s'era condotto così, che essendo L. Pisone [6] caduto in sul dire di Marcello [7], ed essendosi C. Marcello gittato a' piedi di Cesare, tutto si levò in piedi, e in atto di supplicarlo si trasse a Cesare. Che vuoi tu altro? mi è quel giorno sembrato sì bello, che mi parve vedere una cotal immagine di Repubblica tornante in vita [8]. Adunque, avendo tutti (prima di me richiesti) rendutone grazie a Cesare (da Volcazio [9] in fuori, il quale affermava che essendo egli ne' piedi di Marcello, non l'avrebbe mai fatto), essendosi venuto a dimandar me, io mi son mutato del mio proposto: imperocchè io era deliberato, non mica, tel giuro, per pigrizia, ma per amore della antica mia dignità, di non rompere mai silenzio. Or questa mia deliberazione mi fu rotta dalla grandezza d'animo di Cesare, e da quell'uffizio del Senato: e pertanto ho fatto a Cesare un ben lungo ringraziamento [10]. Or temo io bene di non avere, eziandio nelle altre cose, privato me stesso di quell'ozio onorevole che era il solo mio alleviamento nelle presenti sventure; nondimeno, poscia che ho così schivato il risentimento del Sere, il quale avrebbe potuto interpretare il mio eterno silenzio per un dire che ora noi non abbiam più Repubblica, io sarò bene nel parlar ristretto, e forse anche qualcosa più: e per questo modo avrò servito al piacere di lui ed a' miei studi. Imperocchè, sebbene fin dalla prima età io prendessi

et doctrina liberalis, et maxime philosophia delectavit; tamen hoc studium quotidie ingravescit [24], credo et aetatis maturitate ad prudentiam, et his temporum vitiis, ut nulla res alia levare animum molestiis possit. A quo studio te abduci negotiis intelligo ex tuis literis: sed tamen aliquid iam noctes te adiuvabunt. Servius tuus, vel potius noster, summa me observantia colit; cuius ego quum omni probitate summaque virtute, tum studiis doctrinaque delector [25]. Is mecum saepe de tua mansione, aut decessione communicat. Adhuc in hac sum sententia, nihil ut faciamus, nisi quod maxime Caesar velle videatur. Res sunt eiusmodi, ut, si Romae sis, nihil, praeter tuos, delectare te possit [26]. De reliquis, nihil melius ipso est [27]. Cetera eiusmodi, ut, si alterutrum necesse sit, audire ea malis, quam videre [28]. Hoc nostrum consilium nobis minime iucundum est, qui te videre cupimus; sed consulimus tibi. Vale.

CDLXX.

(Ad Div. VI, 6)

Argumentum. A. Caecinam, Pompeii partes in bello secutum, qui etiam scripto libro Caesarem offenderat, nunc exsulantem consolatur Cicero, et de reditu optime sperare iubet, eique studium et operam pollicetur.

diletto di tutte arti e scienze liberali, e della filosofia sopra tutte; tuttavia questo affetto ogni dì più vien crescendo, credo per la maturità degli anni che fa altrui più avveduto, e per la malizia di questo tempo, la quale non mi lascia altro da ricreare lo spirito dalle amarezze. Da questo studio, secondo che tu mi scrivi, te distolgono le troppe faccende; tuttavia sopperiranno in parte le notti. Il tuo, o piuttosto nostro Servio mi carezza con somma osservanza; ed io della sua probità generalmente, e sì della somma virtù, degli studi e della dottrina piglio un infinito piacere. Egli entra meco spesso in ragionamenti del tuo rimanere o del ritornare. Per infino al presente io son fermo di nulla fare da quello in fuori che noi vedremo essere maggior piacere di Cesare. Lo stato delle cose è qui, che, stando tu in Roma, non puoi averne diletto d'altro, che della tua famiglia. Fuor da questo, non c'è nulla che vaglia meglio del Sere. Gli altri e le altre cose son così fatte, che bisognando contentarci dell'una delle due, troppo è da eleggere il sentirle, che il vederle. Questo mio consiglio non può (desiderando io di vederti) essermi caro; ma io guardo al tuo bene. A Dio.

CDLXX. (A Div. VI, 6)

Argomento. Avendo Aulo Cecina seguito nella guerra civile il partito di Pompeo, e di più scritto un libro mordace contro Cesare, ora trovandosi in esilio, Cicerone lo conforta, ed esortalo a sperar bene del ritorno, promettendogli ogni sua buon'opera ed ufizio.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII, M. Sept. exeunte.

M. T. CICERO A. CAECINAE S. D.

Vereor [1], ne desideres officium meum; quod tibi pro nostra et meritorum multorum, et studiorum, et partium coniunctione [2], deesse non debet: sed tamen vereor [3], ne literarum a me officium requiras; quas tibi et iam pridem, et saepe misissem [4], nisi quotidie melius exspectans, gratulationem, quam confirmationem animi tui complecti literis maluissem. Nunc [5], ut spero, brevi gratulabimur. Itaque in aliud tempus id argumentum epistolae differo [6]. His autem literis animum tuum, quem minime imbecillem [7] esse et audio, et spero, etsi non sapientissimi, at amicissimi [8] hominis auctoritate, confirmandum etiam atque etiam puto: nec iis quidem verbis, quibus te consoler ut afflictum, et iam omni spe salutis orbatum: sed ut eum, de cuius incolumitate non plus dubitem, quam te memini dubitare de mea. Nam quum me ex re publica expulissent ii, qui illam cadere posse, stante me, non putarent [9]; memini, me ex multis hospitibus, qui ad me ex Asia, in qua tu eras, venerant [10], audire, te de glorioso et celéri reditu meo confirmare. Si te ratio quaedam Etruscae disciplinae [11], quam a patre, nobilissimo atque optimo viro, acceperas, non fefellit; ne nos quidem no-

Scritta da Roma l'anno DCCVII, sul finir del mese di Settembre.

M. T. CICERONE AD A. CECINA S.

Non vorrei parerti negligente nell'uficio che aspetti da me, del quale io, sì per la congiunzione nostra e de' molti servigi e degli studi e delle fazioni, non ti dovea fallire; e non vorrei altresì che tu aspettassi da me l'ufizio dello scriverti; il che io e gran tempo prima e spesso avrei fatto, se non fosse che, aspettando ogni dì migliori novelle, io amava meglio scriverti lettere di congratulazione, che da rinforzare il tuo coraggio. Ora sono a termine di potermi (come spero) di corto congratulare: e però riservo ad altro tempo la lettera di siffatta materia. Adunque con questa lettera credo ben fatto rafforzare con ogni efficacia l'animo tuo (il quale spero io, anzi odo dire non esser punto indebolito) coll'autorità di una persona, se non la più saggia del mondo, certo tutta tua. E nol farò già con parole da consolarti come uomo abbattuto e già disperato d'ogni salute, ma come persona del cui ben essere io non ho maggior dubbio che tu avessi (ben mi ricorda) tu della mia. Imperocchè, essendo io cacciato dalla Repubblica da cotali che non isperavano poter lei cadere, stando me in piè [1], mi sovviene che i molti ospiti, i quali dall'Asia, dove tu eri, vennero a me, mi raccontavano come tu asseveravi, il mio ritorno dover essere di corto e con gloria [2]. Se quella cotal ragione fatta sopra la scuola etrusca [3], che tu avesti dal padre tuo, nobilissimo ed ottimo personaggio, non ti fallì; certo non fallirà eziandio a me questo

stra divinatio fallet; quam quum sapientissimorum virorum monumentis [12] atque praeceptis, plurimoque, ut tu scis, doctrinae studio, tum magno etiam usu tractandae rei publicae, magnaque nostrorum temporum varietate [13] consecuti sumus. Cui quidem divinationi hoc plus confidimus, quod ea nos nihil in his tam obscuris rebus, tamque perturbatis, umquam omnino fefellit. Dicerem, quae ante futura dixissem, ni vererer, ne ex eventis fingere viderer. Sed tamen plurimi sunt testes, me et initio, ne coniungeret se cum Caesare, monuisse Pompeium; et postea, ne seiungeret. Coniunctione frangi senatus opes; disiunctione civile bellum excitari videbam. Atque [14] utebar familiarissime Caesare; Pompeium faciebam plurimi: sed erat meum consilium quum fidele Pompeio, tum salutare utrique. Quae praeterea providerim [15], praetereo. Nolo enim hunc de me optime meritum existimare, ea me suasisse Pompeio [16], quibus ille si paruisset, esset hic quidem clarus in toga, et princeps; sed tantas opes, quantas nunc habet, non haberet. Eundum in Hispaniam censui [17]; quod si fecisset, civile bellum nullum omnino fuisset. Rationem haberi absentis [18], non tam pugnavi, ut liceret, quam ut, quando, ipso consule pugnante [19], populus iusserat, haberetur. Causa orta belli est [20]. Quid ego praetermisi aut monitorum, aut querelarum, quum vel iniquissimam

nostro indovinamento, che mi fu messo in mano dagl' insegnamenti e precetti di uomini sapientissimi, e dal mio lunghissimo studio, che tu ben sai, di essa dottrina, ed anche il grande esercizio delle pubbliche bisogne, e la somma varietà de' tempi presenti. Del qual mio indovinare io piglio maggior fidanza per questo, che in tanto buio e scompigliamento de' fatti avvenuti non me ne trovai del tutto mai ingannato. Io vorrei contarti delle cose che io ho detto dover avvenire, se non temessi di esser creduto comporre le predizioni dello avvenuto. Tuttavia son vivi assaissimi che possono testificare, aver io ammonito Pompeo che non si collegasse con Cesare; e di poi, che non se ne distaccasse: conoscendo io che quella lega avrebbe fiaccato i nervi al Senato; il separarsi levata una guerra civile. E sì io era intrinseco di Cesare, e di Pompeo avea altissima opinione; tuttavia il mio consiglio era fedele a Pompeo, e ad ambedue salutare. Le altre cose da me provvedute non vo' dire: da che non voglio che questo uomo, al qual debbo ogni cosa, sappia me aver dato a Pompeo [4] tali consigli, i quali se esso avesse seguíto, egli sarebbe stato ben chiaro in pace e in alto grado, ma non di quella potenza che egli ha al presente. Io giudicai, Pompeo dover condursi in Ispagna [5], il che avrebbe del tutto impedita la guerra civile. Io ho fatto ogni opera, non tanto che al Sere fosse passata buona, essendo lui fuori, la sua petizione, quanto che gli fosse passata per questo, che alle pratiche fatte da esso consolo il popolo l' avea ratificata. Essendo nata cagion di guerra, quali gli avvisi, quali furono le querele che io non ci abbia fatto? anteponendo

pacem iustissimo bello anteferrem? Victa est auctoritas mea, non tam a Pompeio (nam is movebatur), quam ab iis, qui duce Pompeio freti, peropportunam et rebus domesticis, et cupiditatibus suis illius belli victoriam fore putabant. Susceptum bellum est, quiescente me; depulsum ex Italia [21], manente me, quoad potui: sed valuit apud me plus pudor meus [22], quam timor. Veritus sum deesse Pompeii saluti, quum ille aliquando non defuisset meae [23]. Itaque vel officio, vel fama bonorum, vel pudore victus, ut in fabulis Amphiaraus, sic ego prudens et sciens ad pestem ante oculos positam [24] sum profectus. Quo in bello nihil adversi accidit, non praedicente me. Quare, quum [25], ut augures et astrologi solent, ego quoque augur publicus ex meis superioribus praedictis constitui apud te auctoritatem augurii et divinationis meae; debebit [26] habere fidem nostra praedictio. Non igitur ex alitis volatu [27], nec e cantu sinistro oscinis [28], ut in nostra disciplina [29] est, nec ex tripudiis solistimis aut soniviis [30] tibi auguror: sed habeo alia signa, quae observem; quae etsi non sunt certiora illis, minus tamen habent vel obscuritatis, vel erroris. Notantur autem mihi ad divinandum signa duplici quadam via: quarum alteram duco a Caesare ipso; alteram e temporum civilium natura atque ratione. In Caesare haec sunt: mitis clemensque na-

eziandio ad una guerra giustissima la più svantaggiata pace del mondo? Non fu fatto capitale della mia autorità, non tanto da Pompeo (chè egli era nel cedere), quanto da quelli i quali a baldanza di Pompeo generale amavano, come il miglior concio de' fatti loro di casa e de' lor desiderii, la vittoria di quella guerra. S'è cominciata la guerra senza porvi io un dito; dall'Italia fu trasportata altrove, rimanendomi io qui quanto ho potuto: ma prevalse nell'animo mio al timore il riguardo. Mi feci coscienza di non mancare alla salute di Pompeo, conciossiachè egli, quando che sia, non fosse mancato alla mia. Pertanto vinto o dal dovere, o dalla opinione de' buoni, o dal riguardo come nelle commedie fece Anfiarao [6], così io ad occhi aperti ed a sciente mi son gittato in bocca alla morte, che m'era bella e presente. Ed in quella guerra non c'incolse disastro, che io non l'avessi loro predetto. Per la qual cosa, posciachè, come fanno gli auguri e gli astrologi (ed io sono altresì augure pubblico), con le cose di sopra da me predette m'ho da te acquistato fede al mio augurio e indovinamento, nulla manca perchè da te il mio predire non debba esser creduto. E dei però sapere che non dal volato, nè dal canto sinistro d'uccello augurale (come ha la nostra scuola), nè dal beccare, o dal cadere del cibo [7], nè da' sogni ti cavo io l'augurio; anzi ho altri segni da me osservati, i quali comechè non sieno più certi de' sopraddetti, hanno però meno di oscurità e di errore. Ora io del mio indovinare ho notato due norme: l'una piglio io da esso Cesare, l'altra dalla natura e condizioni della guerra civile. Cesare ha queste qualità: indole dolce e clemente, e così l'hai tu dipinto a ma-

tura, qualis exprimitur praeclaro illo libro *Querelarum* tuarum [31]. Accedit, quod mirifice ingeniis excellentibus, quale est tuum, delectatur. Praeterea cedit multorum iustis [32] et officio incensis, non inanibus aut ambitiosis, voluntatibus. In quo vehementer eum consentiens Etruria movebit [33]. Cur haec igitur adhuc parum profecerunt? — Quia non putat se sustinere causas posse multorum, si tibi, cui iustius videtur irasci posse, concesserit. Quae est, igitur, inquies, spes ab irato? — Eodem fonte se hausturum intelligit laudes suas, e quo sit leviter adspersus [34]. Postremo homo valde est acutus, et multum providens. Intelligit, te, hominem in parte Italiae minime contemnenda [35] facile omnium nobilissimum, et in communi re publica cuivis summorum tuae aetatis, vel ingenio, vel gratia, vel fama populi Romani [36] parem, non posse prohiberi re publica diutius. Nolet [37] hoc temporis potius esse aliquando beneficium, quam iam suum. Dixi de Caesare: nunc dicam de temporum rerumque natura. Nemo est tam inimicus ei causae, quam Pompeius animatus melius, quam paratus, susceperat, qui nos malos cives dicere, aut homines improbos audeat. In quo admirari soleo gravitatem et iustitiam et sapientiam Caesaris. Numquam, nisi honorificentissime, Pompeium appellat. — At in eius personam multa fecit asperius. — Armorum ista et victoriae sunt facta, non

raviglia in quel tuo libro de' tuoi *Compianti* [8]; l'altra, egli dilettasi senza fine degli ingegni eccellenti, sì come è il tuo. In oltre egli si lascia volgere a' desiderii di molti che il pregano di cose giuste, a ciò rinfocati dall'affetto, non da vane ed ambiziose ragioni. Ed in questo egli avrà una scossa molto gagliarda dall'affetto unanime di tutta Toscana. — Come è dunque, dirai tu, che fino ad ora queste cose son valute sì poco? — Ecco: egli intende che non potrebbe star sul tirato nelle cause di molti altri, qualora a te (col quale egli sembra aver più giusta ragione di dover esser crucciato) fosse arrendevole. — Sto fresco, dirai tu, se ho a confidarmi di uomo sdegnato. — Anzi egli si promette di attingere dal fonte medesimo un rovescio di gloria, dal quale ebbe già quella spruzzaglia [9]. Finalmente egli è uomo d'ingegno acutissimo e che la vede ben da lontano; e ben conosce che (essendo tu uomo troppo più nobile [10] di tutti che sono in cotesta non dispregevol parte d'Italia, e che nella Repubblica, quanto ella è grande, tu non la cedi o di ingegno, o di favore, o di opinion popolare a nessuno de' primi del tempo tuo) non può troppo lungamente vietarti il ritorno; e non vorrà patire che questo benefizio t'abbia a fare il tempo quandochessia, e non egli di presente che può. Ho detto di Cesare: vengo ora alla natura del tempo e delle circostanze. Non è alcuno tanto nimicato contro la causa la quale Pompeo (con più di buon fine che di giusto apparecchio) avea preso a mantenere, il quale ardisca di dare a noi de' tristi cittadini e malvagi; nel che io son solito fare le maraviglie della gravità, giustizia e sapienza di Cesare, che mai non nomina Pompeo, altro che con vocaboli di sommo onore. — Ma egli fece però alla sua persona di

Caesaris. At nos quemadmodum est complexus? Cassium [38] sibi legavit; Brutum Galliae praefecit; Sulpicium Graeciae; Marcellum, cui maxime succensebat, cum summa illius dignitate restituit. Quo igitur haec spectant? Rerum hoc [39] natura et civilium temporum non patietur; nec manens, nec mutata ratio feret [40]: primum, ut non in causa pari eadem sit et conditio et fortuna omnium; deinde, ut in eam civitatem boni viri et boni cives nulla ignominia notati non revertantur, in quam tot nefariorum scelerum condemnati [41] reverterunt. Habes augurium meum; quo, si quid addubitarem, non potius uterer, quam illa consolatione [42], qua facile fortem virum sustentarem: te, si explorata victoria arma sumsisses pro re publica (ita enim tum putabas), non minus esse laudandum [43]; sin propter incertos exitus eventusque bellorum, posse accidere ut vinceremur, putasses, non debere te ad secundam fortunam bene paratum fuisse, adversam ferre nullo modo posse. Disputarem etiam, quanto solatio tibi conscientia tui facti, quantaeve [44] delectationi in rebus adversis literae esse deberent. Commemorarem non solum veterum, sed horum etiam recentium vel ducum, vel comitum tuorum gravissimos casus. Etiam externos multos claros viros nominarem. Levat enim dolorem communis quasi legis, et humanae conditionis recordatio. Exponerem etiam,

mali gravissimi. — Vero; questo non fece già Cesare, sì le armi e la vittoria. Laddove a me, che dolci accoglienze non ha egli fatto! Cassio fece suo legato, Bruto prefetto delle Gallie, Sulpicio della Grecia; Marcello (e sì contro di lui era pessimamente animato) richiamò con sommo suo onore. Ora a che queste cose? a questo, che la natura delle cose e delle brighe civili (e nè eziandio se elle restino come sono, ovvero si mutino) non può tollerar nè portare: prima, che in pari causa tutti non abbiano a correre la stessa fortuna; l'altra, che le persone dabbene e' leali cittadini netti di ogni infamia non debbano ritornare in quella città, nella quale richiamati furono tanti altri già condannati per delitti enormissimi [11]. Ecco il mio augurio. Di questo se io punto dubitassi, vorrei in quella vece usare di un'altra consolazione, da dover confortarne un uom forte, cioè: Se tu avessi preso l'arme per la Repubblica, certo della vittoria (e così pensavi tu allora), non saresti meno da lodare; ma se tu avessi, sopra l'incertezza dell'esito delle guerre, fatto ragione che e' poteva bene avvenire che noi fossimo vinti, tu non dovevi (essendo bene apparecchiato alla fortuna seconda) aver perduto ogni forza da sopportare l'avversa. Disputerei eziandio del sommo conforto che tu dovresti prendere dalla coscienza de' tuoi fatti, e quanto diletto nelle disgrazie dalla letteratura. Ti tornerei a mente le morti dolorose, non pur de' vecchi, ma e di questi nostri o condottieri o tuoi sozi; e nominerei molti gloriosi eziandio degli strani: conciossiachè grande alleviamento del dolore si è il pensare, questa essere quasi legge comune, o condizion di umana natura. E vorrei altresì porti sugli occhi in quanti tumulti e con-

quemadmodum hic, et quanta in turba, quantaque in confusione rerum omnium viveremus. Necesse est enim minore desiderio perdita re publica carere, quam bona. Sed hoc genere [45] nihil opus est. Incolumem te cito, ut spero, vel potius, ut perspicio, videbimus. Interea tibi absenti, et huic, qui adest, imagini animi et corporis tui, constantissimo atque optimo filio tuo, studium, officium, operam, laborem meum iampridem et pollicitus sum, et detuli: nunc hoc amplius, quod me amicissime quotidie magis Caesar amplectitur; familiares quidem eius, sicuti neminem [46]. Apud quem quicquid valebo vel auctoritate, vel gratia, valebo tibi. Tu cura, ut quum firmitudine te animi, tum etiam spe optima sustentes.

CDLXXI. (Ad Div. VII, 33)

Argumentum. Volumnio, qui scripserat aegre se carere declamationibus, quas Cicero cum Hirtio, Cassio et Dolabella exercere coeperat, respondet, eum nihil in ea re damni facere; tamen se eum mox videre cupere, literisque eius delectari etiam longioribus, significat.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII, M. Sept. vel Oct.

M. CICERO VOLVMNIO [1] S.

Quod declamationibus [2] nostris cares, damni nihil facis. Quod Hirtio invideres, nisi eum ama-

fusion di tutte cose ti converrebbe vivere in Roma: chè certo dee doler meno l' aver perduto una Repubblica rovinata, che una buona. Se non che di questa sorta conforti non ti fa punto bisogno, da che di corto, sì come spero, o piuttosto ben veggo, ti rivedremo in ottimo stato. In questo mezzo che tu se' lontano, ed a te ed a questo ritratto del tuo animo e della persona, dico al costantissimo ed ottimo figliuol tuo, io ho promesso, è un pezzo (ed ho prestato per opera), l' affetto mio, il servigio, l' opera, la fatica; il che io fo al presente via più, veggendomi ogni dì meglio con amore d' amico accarezzato da Cesare [12]; dagli amici di lui poi, come non fanno con nessun altro; appo il quale tutto quello che io varrò, o per autorità o per favore, varrò per tuo bene. Tu fa di sostentarti, sì con la fermezza del tuo coraggio, e sì anche colla maggiore speranza che possa essere.

CDLXXI. (A Div. VII, 33)

Argomento. Come che Volunnio avea scritto, dolergli d' esser privo delle declamazioni che Cicerone avea cominciato a esercitar con Irzio, Cassio e Dolabella, Cicerone gli risponde che in ciò nulla perdeva: tuttavia gli significa il suo desiderio di vederlo tosto, ed il piacere che prova nelle lettere di lui, per lunghe che siano.

Scritta da Roma l' anno DCCVII, nel mese di Settembre o d' Ottobre.

M. T. CICERONE A VOLUNNIO S.

Se tu non se' alle mie declamazioni [1], non monta niente. La invidia che ad Irzio tu porteresti, se non

res, non erat causa invidendi [3]; nisi forte ipsius eloquentiae magis, quam, quod me audiret, invideres. Nos enim plane, mi suavissime [4] Volumni, aut nihil sumus [5], aut nobis quidem ipsis displicemus, gregalibus illis [6], quibus, te plaudente, vigebamus, amissis; ut etiam, si quando aliquid dignum nostro nomine emisimus, ingemiscamus, quod haec *pinnigero, non armigero in corpore tela exerceantur* [7], ut ait Philoctetes apud Accium, abiecta gloria [8]. Sed tamen omnia mihi erunt, si tu veneris, hilariora: quamquam venis [9], ut ipse intelligis, in maximarum quasi concursum occupationum [10]: quas si, ut volumus, exceperimus [11], ego vero multam salutem et foro dicam, et curiae; vivamque tecum multum, et cum communibus nostris amatoribus [12]. Nam et Cassius tuus, et Dolabella noster, vel potius uterque noster, studiis iisdem tenentur, et meis aequissimis utuntur auribus [13]. Opus est huc [14] limatulo et polito tuo iudicio, et illis interioribus literis [15], quibus saepe verecundiorem me in loquendo facis [16]. Mihi enim iudicatum [17] est (si modo hoc Caesar aut patietur, aut volet) deponere illam iam personam, in qua me saepe illi ipsi probavi [18], ac me totum in literas abdere, tecumque et cum ceteris earum studiosis honestissimo otio perfrui. Tu, vellem, ne veritus esses, ne perinvitus [19] legerem tuas literas, si mihi (quemad-

lo amassi, non ha buona ragione; salvo se anzi non gli invidiassi la sua eloquenza, che l'esser lui mio allievo. Imperocchè noi, o mio dolcissimo Volunnio, o non siamo più nulla, o putiamo eziandio a noi medesimi, dopo aver perduto que' nostri compagnoni [2] che ci mettevano in voce, e tu battevi le mani: cotalchè, se anche noi mandammo in luce qualche cosa degna della nostra fama, mi vengono agli occhi le lagrime, pensando che *queste armi ci conviene adoperare in corpi pennuti* [3], *non armati* (come nell'Azzio dice Filottete), e ciò con gloria volgare. Tuttavia sarò in tutte cose vantaggiato, venendoci tu; quantunque, come tu stesso comprendi, mi troverai quasi sopraffatto da una foga di grandissime occupazioni; dalle quali se, come desidero, potrò sgabellarmi, ti prometto, io ne manderò bene con Dio il foro e la curia, e mi darò vita con te al dilungo, e con gli altri miei amatori. Imperocchè sì il tuo Cassio e 'l nostro Dolabella (o piuttosto nostri ambedue) si dilettano de' medesimi studi, e sono da me ascoltati con infinito piacere. Or egli è bisogno qui del tuo limato e forbito giudizio, e di quelle tue più riposte dottrine, con le quali tu assai delle volte mi rendi sovente al parlare vergognoso. E credi pure che se Cesare o mel consenta, o lo voglia, io sono meco deliberato di metter giù quel mio personaggio [4] nel quale io spesse volte a lui medesimo mi feci gradire, e tutto avvilupparmi nelle lettere, e con te e con gli altri caldi di questo studio passarci nel più orrevole ozio del mondo. Or tu dubitasti, neh? non io dovessi leggere di malissima voglia le tue lettere, se forse tu (come scrivi) me ne avessi mandato

modum scribis) longiores forte misisses; ac velim posthac sic statuas, tuas mihi longissimas [20] quasque gratissimas fore.

CDLXXII. (Ad Div. VII, 28)

Argumentum. Probat Curii consilium, quod, desperata re publica, in Graeciam se contulerit; et quod ille pedibus consecutus sit, id se alia ratione, studiis nimirum et literis, assequi scribit

Scr. A. V. C. DCCVII, exeunte.

M. CICERO CVRIO [1] S. D.

Memini quum mihi desipere videbare, quod cum istis [2] potius viveres, quam nobiscum. Erat enim multo domicilium huius urbis (quum quidem haec urbs [3]) aptius humanitati et suavitati tuae, quam tota Peloponnesus, nedum Patrae. Nunc contra et vidisse mihi multum videris, quum, prope desperatis his rebus, te in Graeciam contulisti; et hoc tempore non solum sapiens, qui hinc absis, sed etiam beatus: quamquam quis, qui aliquid sapiat, nunc esse beatus potest? Sed, quod tu, cui licebat, pedibus es consecutus, ut ibi esses, *ubi nec Pelopidarum* . . . [4] nosti cetera; nos idem propemodum consequimur alia ratione. Quum enim salutationi [5] nos dedimus amicorum, quae fit hoc etiam frequentius, quam

di ben lunghe. Mal me ne sa; anzi dei vivere per innanzi sicuro che quanto di più lunghe me ne scriverai, tanto io le avrò via più care.

CDLXXII. (A Div. VII, 28)

Argomento. Approva il partito preso da Curio, che disperata la causa della Repubblica siasi trasferito nella Grecia; e scrive sè aver altro mezzo, cioè gli studii e le lettere, di conseguire ciò che desso Curio avea ottenuto viaggiando.

Scritta da Roma sul finire dell' anno DCCVII.

M. CICERONE A CURIO [1] S.

E' mi ricorda del tempo che tu mi parevi impazzito del tuo voler anzi vivere costì, che con noi: chè certo il domicilio di questa città (dico quando essa era città) meglio era fatto per la gentilezza ed ilarità tua, che tutto, quanto egli è grande, il Peloponeso, non che Patrasso [2]. Ma ora in contrario tu mi pari aver fatto gran senno, quando (essendo le cose di Roma presso che tracollate) ti se' condotto nella Grecia; ed al presente, non pur savio, per tenerti lontan di qua, ma eziandio beato: quantunque, chi è colui che avendo mica di cervello, possa ora esser beato? Ma quel medesimo che tu (il quale ne avesti il modo) hai conseguito co' passi, cioè di essere in tal luogo, *ove nè de' Pelopidi* [3] . . . (intendi il resto), quel medesimo sottosopra ho io conseguito per altra via. Imperocchè, dopo ricevuti i convenevoli degli amici [4], il che fanno ora più di frequente che prima (per parer

solebat, quod, quasi avem albam [6], videntur bene sentientem civem videre; abdo me in bibliothecam. Itaque opera [7] efficio tanta, quanta fortasse tu senties. Intellexi enim ex tuo sermone quodam, quum meam moestitiam et desperationem accusares domi tuae, te ex meis libris animum meum desiderare [8]. Sed mehercule et tum rem publicam lugebam, quae non solum suis erga me, sed etiam meis erga se beneficiis erat mihi carior [9]; et hoc tempore, quamquam me non ratio [10] solum consolatur, quae plurimum debet valere, sed etiam dies [11], quae stultis quoque mederi solet, tamen doleo, ita rem communem esse dilapsam, ut ne spes quidem, melius aliquando fore, relinquatur. Nec vero nunc quidem culpa in eo est, in cuius potestate omnia sunt (nisi forte id ipsum esse non debuit); sed alia casu, alia etiam nostra culpa sic acciderunt, ut de praeteritis non sit querendum [12]. Reliquam spem nullam video. Quare ad prima redeo. Sapienter haec reliquisti, si consilio; feliciter, si casu.

CDLXXIII. (Ad Div. IX, 15)

Argumentum. 1 Duabus epistolis respondet; priori de valitudine, et de illius in se amore, ac iucunditate; 2 alteri, nihil referre, utrum Romae sit, an Neapoli, quum Romae unius nutu regantur omnia.

loro quasi una mosca bianca a vedere un cittadino di sano sentire), mi seppellisco nel mio scrittoio: e così scrivo opere di tanto peso, quanto tu stesso forse conoscerai. Imperocchè da un certo tuo ragionamento ho raccolto, che riprendendo tu la mia malinconia e la disperazione, in casa tua tu dicevi, come ne' miei libri vedevi un animo, ed in me un altro. Ma, vagliami il vero, allora io piangea la Repubblica, la quale non pure per li benefizi da lei ricevuti, che per quelli che ella ricevette da me, troppo erami cara; ed al presente, sebbene non solo dalla ragione, che certo dee avere gran forza, prendo conforto, ma eziandio dal tempo, il quale è buona medicina anche a' pazzi; tuttavia non posso darmi pace di veder lo Stato andatone in fasci per forma, che del vederlo mai migliorato non ci resta pure speranza. Nè già (parlo del tempo presente) la colpa è di quello che può fare ogni cosa che vuole (se già ciò medesimo è quello che non dovea essere); ma altre cose per caso, altre a nostra colpa sono accadute di cotal fatta, che egli è meglio non pescar nel passato. Del resto, non veggo fil di speranza. Adunque mi rifo al principio. Se tu approvedutamente sei uscito di questa pania, fosti ben saggio; se per abbattimento, la sorte ti disse bene.

CDLXXIII. (A Div. IX, 15)

Argomento. 1 Risponde a due lettere di Peto: alla prima dello stato di salute, non che dell'affetto di lui verso di se, e della piacevolezza; 2 all'altra di esser indifferente circa lo starsi in Roma o pure in Napoli, quando che in Roma ogni cosa si governa secondo il volere d'un solo.

Ser. Romae A. V. C. DCCVII, M. circ. Oct.

CICERO PAETO S.

1 Duabus tuis epistolis respondebo: uni, quam triduo [1] ante acceperam a Zetho [2]; alteri, quam attulerat Phileros tabellarius. Ex prioribus tuis literis intellexi, pergratam tibi esse curam meam valitudinis tuae [3], quam tibi perspectam esse gaudeo. Sed, mihi crede, non perinde, ut est reapse [4], ex literis perspicere potuisti. Nam quum a satis multis (non enim possum aliter dicere [5]) et coli me videam, et diligi; nemo est illorum omnium mihi te iucundior. Nam quod me amas, quod id et iampridem, et constanter facis; est id quidem magnum, atque haud scio an maximum; sed tibi commune cum multis: quod tu ipse tam amandus es, tamque dulcis, tamque in omni genere iucundus, id est proprie tuum. Accedunt non Attici, sed salsiores, quam illi Atticorum, Romani veteres atque urbani sales [6]. Ego autem (existimes licet, quod lubet) mirifice capior facetiis, maxime nostratibus [7]; praesertim quum eas videam primum oblitas Latio [8], tum, quum in urbem nostram est infusa peregrinitas, nunc vero etiam braccatis et Transalpinis nationibus [9], ut nullum veteris leporis vestigium appareat. Itaque, te quum video, omnes mihi Granios, omnes Lu-

Scritta da Roma l'anno DCCVII, verso il mese di Ottobre.

CICERONE A PETO S.

1 Rispondo alle due lettere tue; delle quali l'una mi diede Zeto, or fa tre dì; l'altra ebbi dal corrier Filero. Dalla prima compresi, te aver sommamente gradito l'affanno che io mi diedi della tua malattia; e godo che tu l'abbia saputo. E tuttavia, credimi, la cosa è troppo più in verità, che tu non hai potuto ritrarre dalle mie lettere. Imperocchè sebbene io mi vegga da ben molti (mi conviene pur dirlo) onorato e ben voluto, nessun però di loro tutti mi è più giocondo di te. Posciachè questo amarmi che tu fai, e ciò da gran tempo e perseverantemente, egli è bene gran cosa, se già non l'ho a dire grandissima; e tuttavia molti altri fanno il medesimo: là dove questo esser tu amabile, tanto dolce e tanto in tutte cose giocondo, egli è cosa tua in proprio. S'arroge a questo, que' tuoi Romani antichi sali cittadineschi, non dico Attici ma più piccanti di quelli [1]. Or tu dei sapere (e tu pensane quello che vuoi) che io son cotto fradicio delle facezie, delle nostrali singolarmente; e ciò troppo più ora, che per la prima volta le veggo imbrattate di latinità, fin da quando fu la nostra città intrisa di foresteria, ed ora per giunta di genti braccate e di Transalpine: cotalchè non si lascia più vedere alcun cenno dell'antica lepidezza. Per le quali cose, quando io veggo te, mi par vedere tutti i Granii [2], tutti i Lucilii (parlo

cilios (vere ut dicam), Crassos quoque et Laelios videre videor [10]. Moriar, si, praeter te, quemquam reliquum habeo, in quo possim imaginem antiquae et vernaculae festivitatis agnoscere. Ad hos lepores quum amor erga me tantus accedat, miraris, me tanta perturbatione valitudinis tuae tam graviter exanimatum fuisse?

2 Quod autem altera epistola purgas te, non dissuasorem mihi emtionis Neapolitanae fuisse, sed auctorem moderationis [11] urbanae; neque ego aliter accepi. Intellexi tamen idem, quod his intelligo literis, non existimasse te, mihi licere, id quod ego arbitrabar, res has [12] non omnino quidem, sed magnam partem relinquere. Catulum [13] mihi narras, et illa tempora. Quid simile? [14] ne mi quidem ipsi tunc placebat diutius abesse ab rei publicae custodia. Sedebamus enim in puppi, et clavum tenebamus. Nunc autem vix est in sentina locus. An minus multa senatus consulta futura putas, si ego sim Neapoli? Romae quum sum, et urgeo forum [15], senatus consulta scribuntur apud amatorem tuum [16], familiarem meum. Et quidem quum in mentem venit, ponor ADF. SCRIB. [17]: et ante audio senatus consultum in Armeniam et Syriam esse perlatum, quod in meam sententiam factum esse dicatur, quam omnino mentionem ullam de ea re esse factam [18]. Atque hoc nolim me iocari putes. Nam mihi, scito, iam

da cuore), anzi i Crassi medesimi e' Lelii. Possa io morire se, da te in fuori, io mi trovo rimaso più alcuno nel quale io possa riconoscere un' ombra di quella vecchia cittadinesca piacevolezza. Or se a queste piacevolezze tu aggiunga il tanto amor che mi porti, puoi tu maravigliarti che io mi sentissi cader il cuore così del conquasso che ne ebbe la tua sanità?

2 Quanto all'altra lettera, nella qual mi ti scusi, dicendomi di non avermi già sconfortato dal comperar la casa di Napoli, sì confortatomi di rimanere in città, sappi pure che nè io medesimo non la sentiva altramenti. Ben ho io conosciuto (quel medesimo che ora da questa tua lettera) che tu giudicavi non esser ben fatto (e così giudicava io medesimo); non già che io mi spiccassi in tutto dalle urbane faccende, ma in buona parte. Or tu mi conti di Cátulo [3] e di que' tempi? Che ha far questo con quelli? Nè eziandio a me piaceva allora di starmi troppo lontano dalla guardia della Repubblica: da che io mi sedeva da poppa, e governava il timone; dove al presente a stento m'è dato luogo nella sentina. Or temi tu forse che, standomi io in Napoli, in minor numero si debbano fare senaticonsulti? Nel tempo che io sono in Roma, e sono in foro continuo, i senaticonsulti si fanno in casa del tuo amatore, mio amico [4]; e ti prometto, se gli viene in mente, ci sono io, sottoscritto per assistente; ed avviene che io sento dire di un senatoconsulto portato in Armenia o in Soria, nel quale si dice fatto il mio assentimento, e ciò prima che io abbia saputo di alcuna parola che ne fosse fatta. Ora non credessi già tu che questo io dica per baia: perchè dei sapere che alcuni

a regibus ultimis allatas esse literas, quibus mihi gratias agant, quod se mea sententia reges appellaverim: quos ego non modo reges appellatos, sed omnino natòs nesciebam. Quid ergo est? tamen, quamdiu hic erit noster hic praefectus moribus [19], parebo auctoritati tuae. Quum vero aberit, ad fungos me tuos [20] conferam. Domum si habebo, in denos dies singulos sumtuariae legis dies conferam [21]. Sin autem minus invenero, quod placeat, decrevi habitare apud te: scio enim, me nihil tibi gratius facere posse. Domum Sullanam desperabam iam, ut tibi proxime scripsi [22]: sed tamen non abieci. Tu, velim, ut scribis, cum fabris eam perspicias. Si enim nihil est in parietibus aut in tecto vitii, cetera mihi probabuntur.

CDLXXIV. (Ad Div. IX, 26)

Argumentum. Cenam apud Volumnium Eutrapelum, accumbente Cytheride meretrice, iocose describit.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII, M. Sept. vel Oct.

CICERO PAETO S. D.

Accubueram [1] hora nona, quum ad te harum exemplum in codicillis exaravi [2]. Dices: ubi? — Apud Volumnium Eutrapelum, et quidem supra me Atticus, infra Verrius [3], familiares tui. Miraris tam exhilaratam esse servitutem [4] nostram? Quid

re dell'ultime parti del mondo mi scrissero, ringraziandomi che io col mio voto avessi loro attribuito il nome di Re; quando io non pur non sapeva di questo titolo loro dato, ma nè eziandio che egli fossero mai stati al mondo [5]. Che credi dunque da fare? ma odi. Mentre che questo nostro maestro di costumi sarà qui, ed io mi starò alla tua autorità. Andatone che egli sia, ed io mi ridurrò a' tuoi funghi. Trovandovi casa, io compartirò in dieci giorni la spesa, per la legge dello spendio assegnata a ciascuno. Caso che non trovi luogo che mi piaccia, ho deliberato pigliar posta in casa tua: chè so di non poterti far cosa di questa più cara. Della casa di Silla [6] io avea già mandatane ogni speranza, come t'ho scritto testè; ma non ancora del tutto. Ben vorrei che tu, come scrivi, fossi co' maestri a vederla. Se nelle mura e nel tetto non ha magagne, del resto sarò ben contento.

CDLXXIV. (A Div. IX, 26)

Argomento. Descrive scherzando facetamente la cena in casa di Volunnio Eutrapelo, trovandosi a mensa la cortigiana Citeride.

Scritta da Roma l'anno DCCVII, nel mese di Settembre o d'Ottobre.

CICERONE A PETO S.

Io era entrato a tavola alle ore nove, quando ti abborracciai sulla tavoletta [1] questa bozza di lettera. Dirai tu: in cui casa? — Di Volunnio Eutrapelo [2]; ed aggiungo, sopra di me stando Attico [3], e Verrio di sotto, tuoi amici. Come mai (tu di') puoi esser di sì buon umore in libertà perduta? — Or che aveva io a fare? dimando

ergo faciam? te consulo, qui philosophum audis [5]. Angar? excruciemne me? quid assequar? Deinde quem ad finem? — Vivas, inquis, in literis. — An quicquam me aliud agere censes? aut possem [6] vivere, nisi in literis viverem? Sed est earum etiam, non satietas, sed quidam modus. A quibus quum discessi, etsi minimum mihi est in cena [7], quod tu unum ζήτημα Dioni philosopho posuisti [8]; tamen quid potius faciam prius, quam me dormitum conferam, non reperio. Audi reliqua. Infra Eutrapelum Cytheris accubuit [9]. — In eo igitur, inquis, convivio Cicero ille,

Quem adspectabant, cuius ob os Graii ora obvertebant sua? [10]

Non mehercule suspicatus sum illam adfore: sed tamen Aristippus quidem ille Socraticus non erubuit [11], quum esset ei obiectum [12], habere eum Laida. « Habeo, inquit, non habeor a Laide [13]. » Graece hoc melius. Tu, si voles, interpretabere. Me vero nihil istorum, ne iuvenem quidem, movit umquam, ne nunc senem [14]. Convivio delector. Ibi loquor, quod in solum [15], ut dicitur; et gemitum [16] in risus maximos transfero. An tu id melius, qui etiam philosophum irriseris [17], quum ille, si quis quid quaereret [18], dixisset, cenam te quaerere a mane dixeris? [19] Ille baro [20] te putabat quaesiturum, unum coelum esset, an innumerabilia. Quid ad te? [21] At hercule cena non

consiglio a te, che vai alle lezion d'un filosofo. Doveva io tribolare e martoriare me stesso? qual pro? ed anche a qual fine? Rispondi: Che non vivere negli studi? — Or credi tu dunque che io faccia punto altro? io non potrei vivere se non istudiando. Ma cotesti debbono riuscire, non dico a sazietà, ma ad una certa misura. Ora, come io me ne sia spiccato (quantunque di cene poco mi caglia, là dove questa fu sola la proposta da te fatta a Dione filosofo), io non saprei che fare di meglio prima di mettermi a dormire. Or odi il resto. Sotto Eutrapelo era coricata Citeride [4]. Poffare! dirai tu: a tal pranzo era quel Cicerone, *al quale sguardavano, ed alla cui faccia teneano i Greci vólte le loro?* Ti dico vero: io non ebbi un sospetto che ella ci avesse ad essere; e nondimeno nè eziandio Aristippo, quel Socratico, si vergognò che gli fosse gittato sul viso: Tu tieni Laide. — Tengo bene (rispose egli) Laide; non ella me (in greco torna meglio questo motto [5]; voltalo tu meglio, se vuoi). — Or sappi pure, io non fui di queste novelle intabaccato, nè avend' io le caluggini: pensa ora con la barba grigia. Io mi godo i conviti; in essi chiacchiero, come mi viene [6], e talora anche dal piagnere passo a sbellicar delle risa. Or trovi tu meglio? che anche motteggiasti il tuo filosofo? al quale (avendo lui detto: C' è alcuno che voglia nulla? [7]) tu rispondesti: Io? una cena, facendomi dalla mattina. — Quello sciatto [8] s' aspettava che tu gli domandassi: Se il cielo fosse pur uno, ovvero a migliaia [9]. — Or questo che faceva a te? Ma di' vero: anche la cena

quid ad te [22]: ibi praesertim. Sic igitur vivitur: quotidie aliquid legitur, aut scribitur; dein, ne amicis nihil tribuamus, epulamur una non modo non contra legem [23], si ulla nunc lex est, sed etiam intra legem, et quidem aliquanto. Quare nihil est, quod adventum nostrum extimescas. Non multi cibi [24] hospitem accipies, sed multi ioci. Vale.

CDLXXV. (Ad Div. VI, 14)

Argumentum. Quae cum Caesare egerit de Ligarii restitutione, et quam spem salutis habeat, declarat, eumque ad laetitiam exhortatur.

Scr. in Cumano A. V. C. DCCVII, M. Nov. exeunte.

CICERO LIGARIO

Me scito omnem meum [1] laborem, omnem operam, curam, studium in tua salute consumere [2]. Nam quum te semper maxime dilexi, tum fratrum tuorum [3], quos aeque atque te summa benivolentia sum complexus, singularis pietas amorque fraternus nullum me patitur officii erga te studiique munus aut tempus praetermittere. Sed quae faciam fecerimque pro te, ex illorum te literis, quam ex meis, malo cognoscere. Quid autem sperem, aut confidam, et exploratum habeam de salute tua, id tibi a me declarari volo. Nam

non fa dunque nulla a te? a te, dico, capperi. Ecco dunque la vita mia: ogni dì leggo qualcosa, o scrivo; appresso, per compiacere qualcosa agli amici, pranzo con loro; e ciò non pure di là dalla legge [10] (se c'è punto di legge oggidì), ma e di qua; e ti so dire, un bel tratto. Di che tu non hai ragion di temere della mia venuta: avrai un ospite non diluviatore, ma assai sollazzevole. A Dio.

CDLXXV. (A Div. VI, 14)

Argomento. Delle pratiche tenute con Cesare circa il richiamo di Ligario, e dimostra quale speranza nutra di salvezza, ed esortalo ad esser d'animo lieto.

Scritta nel Cumano l'anno DCCVII, sul finir del mese di Novembre.

CICERONE A LIGARIO

Stammi sicuro che io nell'attendere al tuo ben essere sto logorando ogni mia fatica, ogni opera, ogni studio, ogni cura; al che mi tira l'amore che ti portai sempre grandissimo, e così la singolar pietà ed affetto de' tuoi fratelli verso di te, i quali io come te mi tenni e tengo stretti nel cuore, non mi lasciano trascurare ufficio nè opportunità che all'affetto e diligenza mia sia richiesto. Ma quello che io faccia ed abbia fatto per lo tuo bene, io amo meglio che tel dicano le loro lettere, che le mie. Quel poi che io speri, o di che pigli fidanza, o mi tenga in mano circa la tua salute, mi piglio io la parte di dichiararloti. Imperocchè se c'è uomo timido al mondo ne' casi

si quisquam [4] est timidus in magnis periculosisque rebus, semperque magis adversos rerum exitus metuens, quam sperans secundos; is ego sum: et, si hoc vitium est, eo me non carere confiteor. Ego idem tamen quum a. d. V Kal. intercalares priores [5], rogatu fratrum tuorum, venissem mane ad Caesarem, atque omnem adeundi et conveniendi illius indignitatem [6] et molestiam pertulissem; quum fratres et propinqui tui iacerent ad pedes, et ego essem locutus, quae causa, quae tuum tempus [7] postulabat: non solum ex oratione Caesaris, quae sane mollis et liberalis fuit, sed etiam ex oculis et vultu, ex [8] multis praeterea signis, quae facilius perspicere potui, quam scribere, hanc in opinionem discessi [9], ut mihi tua salus dubia non esset. Quamobrem fac animo magno fortique sis: et, si turbidissima sapienter ferebas, tranquilliora laete feras. Ego tamen tuis rebus sic adero, ut difficillimis; neque Caesari solum, sed etiam amicis eius omnibus, quos mihi amicissimos esse cognovi, pro te, sicut adhuc feci, libentissime supplicabo. Vale.

CDLXXVI.

(Ad Div. VI, 8)

Argumentum. 1 Sibi hoc datum a Balbo et Oppio scribit, ut Caecinae liceret in Sicilia esse; ibique ut commoretur, nec longius abeat, suadet. 2 Significat, se commendaturum eum Furfanio.

forti e dubbiosi, e che sempre s' aspetti che caschi il mondo, anzi che speri nulla di bene, io son desso; e se questo è difetto, io me ne rendo in colpa. E tuttavia io medesimo essendo, a' prieghi de' tuoi fratelli, venuto a casa Cesare la mattina [1] dell' ultimo di novembre, e tollerata l' indegnità, quant' ella fu lunga, e 'l fastidio del dimandar udienza e dell' essere ammesso; stando i fratelli e' parenti tuoi gittati a' piè [2] di lui, ed io avendogli detto quello che portava la causa e la circostanza, non solo la risposta di Cesare, che fu ben larga e benigna, ma e gli occhi di lui e l' aspetto e più altri segni (che più facile mi fu vedere che ora scrivere) mi condussero a tenermi per bella e conchiusa la tua salute. Adunque fa grande animo e forte; e se già saviamente ti se' portato ne' termini più sicuri della vita, ora che essi schiariscono, stammi allegro. Tuttavia io farò ad ogni tuo bisogno, come farei nel più disperato; nè a Cesare solamente, ma a tutti gli amici di lui, i quali ho trovati di me amantissimi, ti terrò (come ho fatto fin qui) della maggior voglia raccomandato. A Dio.

CDLXXVI. (A Div. VI, 8)

Argomento. 1 Scrive d'aver ottenuto da Balbo ed Oppio che a Cecina sia permesso lo starsene in Sicilia; e lo persuade ad ivi soggiornare, nè di là allontanarsi. 2 Dice che lo raccomanderà a Furfanio.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII exeunte.

M. T. CICERO A. CAECINAE S. D.

1 Quum esset mecum Largus [1], homo tui studiosus, locutus, Kalendas Ian. tibi praefinitas esse [2]: quod omnibus rebus [3] perspexeram, quae Balbus et Oppius absente Caesare egissent, ea solere illi rata esse; egi vehementer cum his, ut hoc mihi darent, tibi in Sicilia, quoad vellemus, esse uti liceret. Qui mihi consuessent [4] aut libenter polliceri, si quid esset eiusmodi, quod eorum animos [5] non offenderet; aut etiam negare, et afferre rationem [6], cur negarent: huic meae actioni, vel rogationi potius [7], non continuo responderunt: eodem die tamen ad me reverterunt; mihi hoc dederunt, ut esses in Sicilia [8], quoad velles; se praestaturos, nihil ex eo te offensionis habiturum. Quando, quid tibi permittatur, cognosti: quid mihi placeat, puto te scire oportere. Actis his rebus, literae a te mihi redditae sunt, quibus a me consilium petis, quid sim tibi auctor: in Siciliane subsidas, an ad reliquias Asiaticae negotiationis [9] proficiscare. Haec tua deliberatio non mihi convenire visa est cum oratione Largi. Ille enim mecum, quasi tibi non liceret in Sicilia diutius commorari, ita locutus erat: tu autem, quasi concessum sit, ita deliberas. Sed ego, sive hoc,

Scritta da Roma sul finir dell' anno DCCVII.

M. T. CICERONE AD A. CECINA S.

1 Avendo Largo [1] tuo affezionato dettomi che al calen di gennaio spirava il tuo termine [2], ed avendo io trovato per mille pruove ogni cosa che in assenza di Cesare, Balbo [3] ed Oppio avessero fatta, esser da lui benedetta; ho fatto con cotestoro la più calda pratica che mi volesser concedere che tu potessi rimanere in Sicilia quanto a me fosse piaciuto. Ora essendo eglino usati a promettermi di voglia (dimandando io loro cosa che non li disgustasse), ovvero a negarmela con rendermi ragione della negativa, in quella vece alla mia suddetta dimanda non risposero di presente; e tuttavia non passò il giorno che e' furono tornati a me dicendo: Stia pur Cecina in Sicilia a sua posta; gli stiam pagatori che non ne avrà alcun danno. — Ora tu hai saputo quello che ti è concesso; ed io credo che ti si convenga altresì di sapere quello che a me piacerebbe. Fatte le cose che ho detto, ebbi una tua lettera, che mi dimanda consiglio a che ti conforti io: se a soffermarti in Sicilia, ovvero passar nell'Asia a dar l'ultima mano a' tuoi fatti. Questa tua deliberazione non m' è paruta accordarsi troppo col dire di Largo: conciossiachè egli mi parlò per forma, come se ti fosse tolto di più dimorare in Sicilia; e tu, come in cosa bella e ottenuta, mi domandi consiglio. Ma,

sive illud est, in Sicilia censeo commorandum. Propinquitas locorum vel ad impetrandum adiuvat [10] crebris literis et nuntiis, vel ad reditus celeritatem, re aut impetrata [11], quod spero, aut aliqua ratione confecta. Quamobrem censeo magnopere commorandum.

10 Quintos, patrem et filium, Cicerones, Attico affines.

CDVI.

1 Cod. aliqui et edd. vett. *possem.*

2 Partes scilicet Pompeianas in Africa se recollegisse et convaluisse. Ideo subnectit: *nos stultitiae nostrae gravissimas poenas pendere:* quod, scilicet, illis tam validis relictis, me in Italiam receperim. *Graev.*

3 Herv. *ut quae ad me pertinent s. m. c.*

4 Pecunia qua utamur ad sumtus quotidianos. Sic Terentius in Adelphis, V, 9: *Siquidem — tu tuum officium facies, atque huic aliquid dederis, unde utatur,* hoc est, explanat Donatus, unde vivat. *Qui* ablativi loco tam singulari quam plurali numero veteres ponebant. *Popma.* Vid. *Gronov.* de Pec. Vet. II, 7.

5 Hic possum pecuniam mihi necessariam mutuam sumere, si sciam Romae vos reperisse qui solveret creditori meo per attributionem, ut ante in Sallustio. *Ernest.*

6 Quintus frater. *Schütz.*

CDVII.

1 Hoc est, de discessu ab Italia, ubi exceptione Caesaris (ep. CDIV) sedebat.

2 Duo Ambb. *quamquam;* alii *quam;* Lamb. *Posteaque quam.*

3 Caesarem scilicet.

4 Impulsorem, a *lituus,* qui est baculus incurvus. In veteribus libris, teste Vrsino, legebatur *illicium,* quod Iunius defendit, quem vide, si lubet.

5 Intellige Balbum Cornelium. Mox pro *cognossem* ed. Rom. Herv. *cognosset,* quod ad eumdem Balbum Cornelium referri posset.

6 In me praesentem; ep. CDIV, 2, extr.

7 Ita primus Pantagathus correxit: nam mss. omnes et edd. vett. corrupte *tamen L. in eo*, vel *tamen timeo*, vel *Nilo meo;* quod Bosius et posterr. plerique receperunt.

8 Edd. Rom. Iens. Herv. *nostra;* fortasse melius, ut supra *nostrae coniunctionis.*

9 Hoc est, ut pacis conditiones quam optimas a Caesare obtinerent.

10 Vid. ep. super. not. 8.

11 Hoc est, ut scribas meo nomine; ep. CCCXCVI, 3 et CD extr.

12 Ironice: nam Dolabellae, qui tunc temporis tribunus erat plebis, actiones de novis tabulis in fraudem creditorum (ep. CDXVII, 2) turpissimae erant.

13 Cretio simplex dicitur, quum e pluribus heredibus scriptis unus cum cretione instituitur, reliqui sine cretione. Itaque significat, se unum institutum fuisse heredem, quum nullus alius ad se miserit, ut secum hereditatem cerneret. *Galeo* hic quis fuerit, parum refert investigare. Incertum autem est an haec hereditas eadem illa sit, de qua ep. CCCLXXXVII init.

CDVIII.

1 Edd. vett. aliquot *P. Servilio,* quod et Lamb. coniiciebat.

2 Servii Sulpicii patris, nam et filius Servius dicebatur. *Corrad.*

3 Quantum me iuvet, idest nihil. Alii minus recte *me int.;* unus Amb. *interest.*

4 Caesarem, scilicet, superiorem esse, quod solum Ciceroni utile; nam a Pompeianis ab se desertis (epp. CDIV init. et CCCXCVI) erat quod timeret. *Mongalt.*

5 Spintherem, de quo ep. CCCXXXV. Falsus tamen de

eo rumor erat; nam Caesar narrat duos Lentulos, Spintherem scilicet et Crusellum, ex fuga Pompeium secutos, oppido ac portu Rhodi exclusos, iussosque ex iis locis discedere; Bell. Civ. III, 102.

6 Vt veniam a Caesare impetraret. Profecturus quidem erat, sed ex ep. CDX, 1 apparet nondum profectum esse.

7 Ep. CDIV, 2. Lamb. Vict. et Ambb. omnes *scripsit.*

8 Ep. CCCXCVI, 2.

9 Ep. seq. 3 et CDX, 2.

10 Ep. CCCXCII.

11 Sic Bosius edidit e codd. mstis. Ernestius lectionem ed. Rom. revocavit *neque desperatum mihi ita videbamur.* Schütz. Ernestium secutus est l. V. Cler. Ed. Iens. *n. tamen mihi desperaturi ita videbamur;* Graev. *n. tum mihi desperatum ita videbatur.*

12 Herv. *ex iis, quo in statu sim, videbis.*

13 Vid. ep. CCCXCI extr.

14 Nam statim tota Pompeio data erat, quin ipse Marcus eam tetigisset.

15 Non solum res meae, quo loco sint, nosti, sed causas etiam, cur ita sint. Vid. epp. supp., et praesertim CDVI.

CDIX.

1 Idest propriis, peculiaribus; ep. CCCXCI, not. 6. Edd. Iens. et Herv. *cum malis tum praecip.*

2 Reditus in Italiam. *Ernest.*

3 Pompeiani, qui in Achaia erant (ep. CD, 1 extr.), et veniam a Caesare petebant (ep. CDXI, 1), quam et adepti sunt; ep. CDXXIV. *Idem.*

4 Participium ab *ignosco.* I. F. Gronov. Aliter Mongaltius; quem tamen minus probo.

5 Ep. CD, 1.

6 Cod. Ambr. mss. apud Verburgium et edd. vett. *meliore casu est*, vel *meliore in casu est;* quod sanum esse mihi semper persuasum fuit: scilicet, cui Laelio melius cecidit. De Fin. II: *Et quod extremum, id in casu est.* Non improbo tamen vulgatam lectionem, cui similis est illa epist. CDXI, 1: *Mora Alexandrina causam illorum correxit.*

7 A Caesarianis. *Manut.*

8 Subaudi *Caesar.* Item infra *ab isto* est *a Caesare.*

9 Dolabella. Vid. ep. CDXVII, 2.

10 Scilicet de me detrahere; epp. CDIV, 2 et CDVI, 2.

11 Praeclare locum hunc restituit Gronovius. Cicero petebat, sibi pecuniam curari, qua uteretur Brundisii (ep. CDVI, 2). Illam Atticus curavit per Minucium argentarium Tarentinum, qui in vicinia erat. *Graev.* Alii *ad Minucium parentem;* Lamb. *patrem;* sed utrumque ex coniectura. Codd. enim habent *parentum.* Infra unus Amb. cum ed. Iens. *nam quid egerim?*

12 Supple, te colligere; hoc est, summam XXX sestertium conficere potuisse mirarer, nisi multa redigerentur ex praediis Fufidianis (ep. seq. 2). Agitur de fructibus Fufidianae hereditatis, non autem de fundo Fufidiano (ep. CXLVI, 2), quem olim Cicero emerat.

13 Locus a librariis et correctoribus foede adulteratus. Nos expressimus fere lectionem vulgatam, et partim Victorii, Manutii et Lambini, quae commodum exhibet sensum, si excipias abruptum illud *et id video.* Nec meliorem vero habet correctio Graeviana *Et id video tamen. Te exspecto, quem videre, si ullo modo potest* (*poscit enim res*) *pervelim;* quam plerique recentiorum receperunt. Vide, sis, apud ipsum Graev. varias librorum lectiones, quibus fere consonant Ambb., quasque huc afferre nil expedit.

14 Hic quoque tutius censemus lectionem vulgatam sequi:

etsi frequentius *ibi* pro *ubi* reperitur, melius tamen hoc sensum connectit, quem sic explanare perfacile est: Iam ultimum discrimen adest, in quo necessario videndum est quid et quale sit gravius damnum proditurum; quia, ut in ep. seq. Scipio, Cato ceterique iactabantur propediem cum immensis copiis affuturi. Aliter interpretatur Gronovius, qui correxit *difficile est exist.* Cod. Ambr. *Tibi* (ut volebat Graevius, et Ernest. et I. V. Cler. receperunt) *facile est quod quale sit gravius.* Edd. Iens. et Herv. *quod quale sit grave est exist.*

CDX.

1 Melius in vetere libro *cur te* etc. *Vrsinus.*

2 Caesar.

3 Quod non ita prospere bellum gerebat. Fugiens enim Alexandria in navigium se coniecit, cuius tamen repellendi a terra quum facultas non daretur, se se ex navigio eiecit, et ad eas, quae longius a litore naves constiterant, adnatare coactus est. Sveton. in Iul. 64-5; Hirt. Bell. Alex. 21.

4 Pompeiani; ep. CDVII, 2 et CDV, 2.

5 Achaeos more suo vocat obscurius et tectius, qui in Achaiam fugerant post proelium Pharsalicum; ep. CD, 1 extr. Alii legunt *Achaici* ex ep. sup. init., minus recte; nam illic adiective ponitur *Achaici deprecatores;* hic vero absolute, substantive; nisi malis et hic subaudire *deprecatores.* Mox Lamb. *item qui in Asia*, ut ep. sup. et seq., quod melius explicat, alios esse, quam qui in Achaia erant, quique ideo in Asia esse non poterant; atque retortas esse ceteras aliorum interpretationes.

6 Laelium significat, de quo ep. CDIV, 1 med. et CDIX, 1.

7 Pompeianos. *His ipsis*, Caesarianis. *Manut.*

8 Pertinet ad H-S xxx, de quibus ep. sup. 3.

9 Haec epistola non exstat. *Schütz.*

10 Quod in Italiam venerim a pugna Pharsalica. *Idem.*

11 Excusationis causam apud Pompeianos in Africa.

12 Q. Fufium Calenum, quem Caesar, victo in Pharsalia Pompeio, Achaiae praefecerat. *Manut.*

13 Msti duo regii Paris. *quocumque sunt modo;* unde Lallem. fecit *quocumque modo ad illos se* etc. *Ernest.* His favent edd. Rom et Iens. Nec displicet lectio Lambini *quicunque sint — velint.*

14 Rumor fuerat, Cassium ad Caesarem Alexandriam ire, ut deprecaretur (ep. CDVIII, 1). Quod omnino Ciceronis causam aliquota ex parte sublevasset, quum et alios esse constaret, qui victori se crederent. Hic quoque, inquit, consilium mutasse dicitur, ut praeter Laelium, culpae socium habeam neminem. *Manut.* Edd. pr. cum Lamb. et Lallem. ex mss. duobus. *Nam q. C. Cass.*

15 Ep. sup. 1 extr.

16 Nimirum Clodius, tragoedi Aesopi filius, luxuria perditus; de quo vid. Horat. II, sat. III, v. 239; Val. Max. IX, 1; Plin. IX, 35. Excruciat autem Ciceronem, quod socius Dolabellae adulterii erat cum pellicibus Tulliae (ep. CDXVII, 2). Pater autem familiaris Ciceroni; ep. LII, 8.

17 Scilicet dividendae hereditatis. *Ernest.*

18 Scil. oblatione, sive additione pecuniae ab eo qui maiorem partem accipit; id quod fieri solet in hereditatibus dividendis, quum in partes aequabiliter secari non possunt.

19 Apud Caesarem, a quo si veniam non impetrabat, periculum erat ne bona Ciceronis publicarentur.

20 Lamb. aliique *esse malle;* quod perspicue sensum explet.

CDXI.

1 A Caesare, a quo epistolam illam scriptam non fuisse, ostendit ep. seq.: *Intelligis illud de literis a. d. V Id. Feb. datis non verum esse.* Ac sane fieri potest, ut Oppius eam, aut aliquis alius scripserit, ne Cicero desperatione adductus rursus ex Italia discederet. *Manut.*

2 Intellige Caesari.

3 Sic Lambinus correxit, quod Brutus aliique posterr. receperunt: alii vulgatum *valde de adventu e.*, vel *valde adventus e.* retinere malunt; quod et alios offendit; ideoque Corradus coniiciebat *valida — opinio.*

4 Enumerat quot in locis parum secunda Caesaris fortuna fuerit: *in Asia*, quum Pharnaces Mithridatis filius provincias a patre olim dominatas recuperare contendens, Domitium Calvinum Asiae a Caesare praepositum superaverit: *in Illyrico*, A. Gabinio a M. Octavio Pompeiano et Barbaris (Hirt. Bell. Alex. c. 43) devicto: *in Cassiano negotio*, quum scil. in Hispania Q. Cassius Longinus Caesarianus provincialibus ob rapinas, et suis ipsis invisus, a M. Marcello et Lepido item Caesarianis oppugnatus interiit; idem ibid. 52, 64. *Alexandria*, vide not. 3 ad ep. sup.: *in urbe, in Italia:* vid. ep. CDV, 2. Itaque ait Hirtius (ibid. c. 65), Caesarem multa Romae male et inutiliter administrare, neque ullam partem reip. satis commode geri animadvertisse.

5 Hoc est, Pompeianos, qui in Africa confirmabantur (ep. sup. et CDV), Italiam et urbem occupaturos, et bellum civile absolutum iri antequam Caesar ab Asia revertatur.

6 Illis, quae a Caesare scriptae dicebantur, de quibus in principio huius epistolae. *Ernest.*

7 A Caesare. Ita correxit Manutius; nam antea legebatur *ullo*, quod Vict. et Lamb. retinuerunt.

8 Aut corrigendum *Achaei*, ut ep. sup., aut subaudiendum *deprecatores*, ut ep. CDIX init. Vid. not. 5 ep. sup.

9 Manutius coniiciebat legendum *auferunt*; Io. Fr. Gronovius vero corrigebat *differunt*, utrumque praeter necessitatem.

10 Deliberatio; nam constituerunt Caesari se committere, sed interposito bello Alexandrino (ep. sup. init.), et Caesaris fortuna in discrimen adducta, decreverunt illius exitum exspectare. Vrsinus *institutum*, Ernestius *consilium* coniiciebant.

11 Haec fuit, ut Appianus scribit, novem mensium. *Vrsin.* *Causam illorum correxit*, ut possint iam liberius decernere quid agere velint: *meam evertit*, qui nimis properavi in Italiam venire, et iam ab omnibus reprehendor. *Ernest.*

12 Codd. aliqui et edd. vett. *quod tu* vel *tuis prioribus*, vel *quod tum prioribus.*

13 Caesarianis. *Schütsius.*

14 A Caesare scriptis, ut supra. *Idem.*

15 Abest hic *si* in edd. Herv. et Iens., et contra ponunt mox *Etsi ego.*

16 Vid. ep. sup. init.

17 Incolumis adhuc erat Terentia, et 50 posthac annos vixit, etsi aetatis annum iam 53 exegisset (Val. Max III, 8); sed convenerat fortasse inter virum et uxorem (epist. DXXXIII, 8) de testamento hoc tempore faciendo. Vid. Mongalt.

18 Male rem domesticam administrare; epp. DXVI, 2 et CDXXI, 2.

19 Scilicet de Tullia (ep. seq. et CDIV, 3). Sic vero legendum, non ut vulgo *et maxime quid* vel *quidem scribas de ea*, vel, ut correxit Ernestius, *de eo.* Nam *scribas* est temere repetitum, et revera abest a Faërni exemplo,

teste Malaspina; et vox *quidem* confusa est a librario cum seq. *de*. Quod sequitur autem *in quo,* sensum, non verba respicit.

20 Nempe, in quo tu nullum consilium excogitare potes, eius nullam medelam esse puto. *Ernest.* Alii *explorato*, vel *deplorato.*

CDXII.

1 Epp. CCCLXXXVII init. et CDIV, 3. Lamb. *sed summa c. m.*

2 Filium, Alexandriam. Pro eo tamen Philotimum libertum misit; epp. CDXV et CDXVII, 1.

3 Sic Bosius e coniectura correxit, quod bene consentit antecedentibus; Lamb. Corrad. aliique *eram tibi eam — liceret, remissurus*. Libri mss. et edd. *Aemathiam*, vel *Ematriam*; ex quo Tunstallus *eam tibi iam*; alii aliter.

4 Alii πραότατα. Sed melius haec omnia abessent, ut iam ediderunt Lambinus, Pantagathus aliique; absunt enim et a mss., et quod editur est e correctione Gronovii. Totum locum vero Lamb. ita constituit. *Pro ea, quemadmodum consolandi causa scripsi, putato, ea* etc. Herv. *Per eam quemadm. consolabundus scrips. pecuniam tantam ais me scr.*

5 Caesarianis.

6 Idest, nihil interest, ut ep. CDVIII, 1. Mox Io. Fr. Gronovius putabat legendum *o. non subeam;* supervacue.

7 Caesarem scilicet. Infra pro *illinc* Victorius coniiciebat *illim*. Edd. pr. *illo* vel *illi.*

8 Ep. sup. init.

9 Custodias enim posuerat Scipio in portubus Africae; vid. ep. CDV init.

10 Qui pro Pompeianis classi in Africa praeerat; Phil. VII extr.; Hirt. Bell. Afr. 64. Herv. *ad me missus esse.*

11 Herv. *De his rebus; quas mihi notas esse voluisti ut scr.*

CDXIII.

1 Alii tum mss., tum edd. *ego quoque*, alii *ego quidem;* plerique recentiorum tantum *valeo.*

2 Ob coniugium cum Dolabella. Vid. ep. sup. et CDIV, 3, CCCXCI et CCCLXXXVII. Codd. Ambb. absolute *sum d. affectus. Nostra f. est n.*

3 Codd. aliqui et edd. vett. *VII* vel *XIV*, vel *XIII Kal.* Lamb. vero haec et *vale* omisit.

CDXIV.

1 Caesaris; ep. CDX, I. Edd. aliquae vett. *ab Alexandria*, vel *Alexandrea.*

2 Vid. ep. prox. super.

3 Ep. CD, 1 et duabus seqq. *Balbum et Oppium* ibid.

4 Ex concursu Caesaris ab Aegypto classibus advecti, et Pompeianorum duce Scipione ex Africa.

5 Idest, quae Caesarianorum ratio sit de me.

6 Balbo et Oppio.

CDXV.

1 Ex Aegypto ad urbem redeunti; ep. sup. *Manut.*

2 Volebat diutius Brundisii non esse; ep. sup.: *ut me hinc expedias* Idem.

CDXVI.

1 Vt Q. frater, Q. filius, uxor et gener. Vid. epp. CDXIII CDXI, 3 et CDV, 1. *Corrad.*

2 Sic primus e mss. Graevius correxit vulgatum *maluissent, quam obesse. Quoniam:* et sic est etiam in cod. Amb. et edd. Rom. Iens. et Herv. Vulgatum tamen Olivetus retinuit.

3 Edd. Herv. Iens. et Lamb. aliique *ne pristinum hoc officium int.;* alii *ne intermittas scribere;* forsan e coniectura, ut suppleant abruptum illud *ne intermittas.*

4 Significat, se aut in tantis miseriis diutius vivere non posse (ep. CDIV, 3), aut in alias terras velle migrare. *Manut.*

5 Alii *cessisse*, vel *excessisse.*

6 Lamb. aliique *euntes.*

7 Sic locum hunc, certe corruptum, variisque coniecturis tentatum, constituendum censui ex ep. CDXXI, 2: *Equidem tibi potissimum velim;* ut quam proxime a mss. et edd. vett. recedat, atque contextui huius et seqq. epist. apte cohaereat. Iidem mss. et edd. vulg. *apud epistolas velim, ut possint adversas ego huius miserrima facultate confectus conflictor.* Bosius ex ingenio correxit *apud ἐυπιστον* (idest hominem bonae fidei) *illas v.; ut p. advertas:* scite quidem, nam consentit loco ep. supra cit. *ut alicui committat:* sed quid sibi vult *illas?* an etiam Tulliam? Sed haec apud patrem ipsum tunc erat; ep. seq.: neque secus mox diceret *huius.* Melius igitur dedisset *illam* sc. Terentiam. Lamb. pariter ex coniectura *velim apud te, quod postulas: ut possim ego adversus h. miseriam tua fac. fretus conflictari:* sed illud *quod postulas* non admiserim: Atticum enim nihil intererat, sed

Tullium. Bosii correctionem receperunt posterr. praeter Graevium. Ex huius autem coniectura Ernest. Mongalt. et Schütz. pro *m. facultate* dederunt *huius miserrimae fatuitate:* quod habent edd. Rom. et Herv.; et ad Tulliam referentes explanant: quod de Dolabella nimis benigne iudicaverit, sibique parum prospexerit: sed interpretationem hanc nimis retortam esse, quis non videt? Commode quoque legi posset *apte de eo postules velim,* idest opportune de testamento solicites.

8 Probe intelligo aeque difficile esse nunc decernere an Dolabellae nuntius remittendus sit (ep. CCCXCI), atque antea fuerat difficile iudicare, utrum conducibile esset Tulliam ei despondere. *Schönb.* Lamb. aliique vett. *c. dato ante:* Manut. *c. dato: attamen:* fortasse melius.

9 Dotis, scil. Dolabellae soluta anno superiore; ep. CCCXCI.

10 Sic Aldus aliique vett., scilicet: aliud quodcumque mallem, quam pensionem secundam solvisse Dolabellae. Vulgo *alium mallem.* Tum *sed praeteriit,* scil. tempus, melius quid prospiciendi, providendi.

11 Sic idem Aldus et Silberus. Vulgo *confici.*

12 Schützius correxit *atque s. m.:* veteres *reque* scribunt; cod. aliqui *teque*, Helm. *tibique*; mss. regii Par. *ex arg. tibi quod satis, multa ex sup.*

13 Inter Caesarem et Pompeianos in Africa; ep. CDVII, 2.

14 Herv. *loquere:* Lamb. *loquitor.*

CDXVII.

1 Scilicet de testamento Terentiae. Confer ep. CDXI, 3.

2 Al. *se tecum l.,* olim in vulgatis *te cum eo loc.*; Lamb. *te esse secum l.*

3 Testamentum si aliter factum est, quam oportet, non video posse, nisi illud mutari. Alii *ni sic illud m.:* quod

est a Bosio: *nisi* vero est in omnibus edd. vett. Tum *aliter et* quosdam offendit, ideoque Manutius correxit *a. est ut op.;* Graevius vero malebat *ac.* Sed *aliter et* pro *ac* vel *atque*, alibi quoque reperire est, ut ep. CCCLXXXVII init.: *de puero aliter scripsisti et ad matrem.*

4 Scilicet a Camillo. Sic emendarunt Corradus et Manutius. Graevius vero *a Nilo* proxime ad mss., sed *Nilus* incognitum nomen. Alii *a nullo;* sed inepta sententia.

5 Sic habent mss. et edd. vett. Pro *Etsi* vulgo *et sic. p. te c.* Manutius legit *fortiorem*, et ad valitudinem Attici refert; alii aliter.

6 Ald. et Herv. *eam modo valere;* inepte; nam ad Atticum referri e seq. *te* patet. Sunt vero qui corrigunt *valeas.*

7 Olim *Augusius*, vel *Augustus*, vel *Agustius.* Quomodocumque sit, homo erat ne Ciceroni quidem notus, dum adiicit *quidam.*

8 Insolenter, nam usurpata dicendi forma est *pridie eius diei;* quod habent Herv. Vict. et Lamb.

9 Eae autem erant a Caesare, ut colligitur ex ep. CDXXII.

10 Alii *ut ego c. e. d.* Codd. Ambb. cum Victorio *eo feci, ut eo c.;* alii aliter.

11 Quod admisi, filiam meam Dolabellae collocando; ep. CCLXXV, 2.

12 Tullia; epp. CCCXCII et CCCLXXXVII. Msti tamen et edd. vett. *miseria.*

13 Scilicet ex argento et supellectile; ep. sup. 2. *Schütz.*

14 De divortio Tulliae cum Dolabella. *Sed omnia timuimus,* scilicet a Dolabella; ep. CDVIII, 3. *Ernest.* Manutius tamen de testamento exponit.

15 Hoc est divortio.

16 Sic mss. et edd. vett.; quod explicari potest: ut vivi videremur non mortui. Dum sensus aliquis non absurdus elici potest, malo hanc lectionem sequi, quam cum

Bosio *vini*, scil. ebrietatis vel vinolentiae, ut ipse interpretatur, quin tamen mihi probet; neque Tunstall. *vici*. Melius fortasse Lamb., sed coniectura, *viri*, quod bene consentit seqq. *doloris virilis habuisse;* qui porro pro *nomine* dedit *tab. nov. metu*. Pronum esset corrigere *vel vis*, aut *vi*, ut est in margine ed. Ald. Et revera de vi Dolabellae sic ep. CDXIX: *quae sit istius vis hoc tempore — ignoro*. Vide Graevium.

17 Hoc est, *titulo* legis novarum tabularum quam Dolabella ferebat; titulo nocturnarum expugnationum etc. De tabulis novis, vid. ep. CCL, 8 et Indicem. *Metellae*, quae pellicem Tulliae fuisse credibile est. Erat haec Lentuli Spintheris uxor. Vide Horat. II, sat. III, v. 239; Val. Max. IX, I.

18 Quae a viro suo Tullia passa est. Mss. et edd. vulg. vett. *maiorum*: facile corrupte, ut et alia multa in hac et prox. epp. *Nec res periisset*, intellige rem domesticam. Ernest. dedit contracte *perisset* ex edd. vett.

19 Hoc est doloris qui futuram iniuriam praecaveret.

20 Memini tuas literas, quibus me ad divortium Tulliae cum Dolabella procurandum hortabaris; sed memineram etiam, tempus ad id aptum non esse. Vid. ep. CCCXCI init. not. I. *Etsi quidvis praestitit*, scil. aliud quodcumque melius erat, quam Tulliam nuptui dare Dolabellae; nihil enim deterius mihi accidere poterat. Herv. *ius praest. assequi*.

21 Intellige divortium; non verbis tamen, sed iniqua sua vivendi licentia: audimus enim quomodo suis actionibus remp. labefactare conetur. Putat Bosius, in lege novarum tabularum ferenda in animo habuisse Dolabellam, ut se a restituenda dote eximeret, si nuntium uxori remisisset.

22 Ab ipso Dolabella perturbato. *Corrad*. I. Fr. Gronovius maluit *renuntiare*, scil. repudiare. Omnia hic incerta, et

libri omnes corrupti: alii *de statu Clodii gen.;* alii *detestaturi,* vel *detestatu iri Clodii g.:* quod Bosius defendit, quem vide cum aliis apud Graevium: alii alia, quae hic non expedit referre. Quod nunc edimus cum recentioribus omnibus est a Manutio. Mox *ut hoc vel t.* subaudi cogitet, in animo habeat, vel quid huiusmodi. Schütz dedit *uti hoc*, Grut. *ut ut.*, Herv. *et hoc.*

23 Dotis; vid. ep. super. 2.

24 Discidium scilicet; hoc est, utrum exspectemus donec ipse Dolabella prior divortium uxori denuntiet, an prius ipsi nuntium remitti placeat. *Schütz.* Herv. inepte, sine sensu, *tu ne videlicet ab ipso nascatur.* Grut. *tumne vini abusio nascetur — Ego si* etc.

25 Vid. ep. CCCXCV, 2.

CDXVIII.

1 Ep. sup. 2. Pro *quid* aliqui recentiores *quod:* sed illud habent mss. et edd. vett.

2 Amb. 14 *cum quo;* fortasse melius: perperam vero 6 et Stewech. *cui.*

3 Sic edidi pro vulgato *quando* vel *quum*, ex tribus Ambb. 2, 3, 7, etsi primus *quom* habeat, quorum auctoritatem lubens sequor, quum antecedens *Apertius*, ipseque contextus illud requirat. Ita subsistit commode *scripseram* pro *scripsissem*, vel *scripserim*, ut malebat Ernestius, et habet revera idem Amb. 3.

4 Aut *re*, aut *rebus* insititium suspicor, quum alterutrum nonnisi superflua inculcatio alterius sit; et quidem *re* abest in Hittorp.

CDXIX.

1 De divortio Tulliae; ep. CDXVII, 2.

2 Dolabellae; ep. cit. Sunt tamen qui hoc et sequentia *iratus* et *ab illo* explicant de Caesare.

3 Quum legem ferret Dolabella de tabulis novis et mercedibus aedium. Dio, lib. XLII. *I. F. Gronov.* Pro *ignoro* autem Lamb. *non ignoras;* alii *non ignoro.*

4 Sic I. Fr. Gronovius e Manutii libro corrigendum censuit. *Schütz.* Quam lectionem confirmant codd. Pall. Vict. Hittorp. aliique; quam et nos recipimus, quum vulgatam *quies t. ab il.* vitio laborare iam questi sint v. d., quicquid Lamb. de altera dicat. Ita sane recte explicatur quod sequitur, scilicet: tamen ipse Dolabella divortium prior quaeret.

CDXX.

1 Vulgo *quid;* quod Ernestius improbat.

2 Alii *v. quod erit.*

3 Ep. CDXVI, 2.

4 Scilicet, affuturus cum Caesaris ad me literis (ep.CDXVII, 1). Affuit autem prid. Idus; ep. CDXXIII. *Manut.*

5 Si vera est lectio, subaudiendum *potest.* Aliis tamen abest *ut;* fortasse melius.

CDXXI.

1 Edd. Manut. et Lamb. *quae etiam ad meam T.;* alii aliter.

2 Tulliam aspernabatur Dolabella, qua iniuria sic commovebatur Cicero, quasi eam ipse accepisset. Atticus

nolebat tentari divortium prius quam Cicero pacem confirmasset cum Caesare. Hinc est quod queritur, non licere sibi irasci, ac ne dolere quidem. *Mongalt. Licet* est e correctione. Vulgo *liceat.*

3 Quocumque sensu populus erit (sive Caesarianus, sive Pompeianus). Alias dicit Cicero: *Quemcumque populum habeamus.* Ernest.

4 Hactenus fuit librarii manus; nunc, inquit, ad meam redeo, idest propria manu scribam. Sic lubet edere cum Lamb et Oliv. quorum uterque cum Iunio mox habet *erunt enim.* Bosius ex Dec. *redi; dehinc c.* Manut. Grut. et Graev. e mss. *rediero: etenim haec;* Schütz *rediero: dehinc c. h.* Si modo vera est, ceteris praestat lectio ed. Herv. *ad nostram m. redeamus; enimvero haec oc.* etc. Olim vulgo *reddiderint.*

5 Cuius rei, cuius consilii causam quum illa, scil. Terentia, sciscitari coepit etc. Locus obscurus et corruptus. Msti, testibus Verburgio, Mongaltio et Schönb. cum ed. Herv., ut coniectura emendabat Muretus, *haerere c.:* quod explicari posset, testamentum esse factum quum Terentia dubitare, metuere, titubare coepisset. Quae lectio tamen mihi valde suspecta est; nam si testamentum iam factum erat, quare Cicero Atticum solicitat, ut de eo videat? Praeterea nonne id sequentibus plane repugnat? I. Fr. Gronovius legendum putabat *Quod dum f. Camillus queri coeperat, non credo te comm.* Cod. Amb. *Quod tamen factum* etc. Commodius hinc videtur corrigi posse *Quod tuum factum quum illa qu. c.*

6 Non, credo, te conturbavit quum illa, scil. Terentia inquisierit de testamento, quoniam de eo faciendo non sponte sua rogavit. Bosius aliique posterr. *commorit — rogarit:* Lamb. *commonui;* alii *commoveri;* alii aliter. Vide Graevium.

7 Testamentum deponat.

8 Committi testamentum; ep. CDXVI, 2. *Illa,* scil. Terentia: etsi ceteri, praeter Manutium, ad Tulliam referant.

9 Ne testamentum deponere metueret. Hoc prudenter agebat Cicero; nam eius fortunae, sc. bona, periclitabantur propter belli civilis perturbationes: ideoque volebat ut alicui committeret, vel ipsi Attico, qui neutras partes in bello secutus erat.

10 De quo nuper ad te scripseram (epp. CDXVII, 2 et CDXVI, 2), ut si quid ex venditione argenti vel supellectilis confici possit, operam dares: iam scio equidem venire (*venumire*) nunc nil posse. *Schütz.* Sic bene Manutius distinxit vulgatum olim *me in hoc timere de illo altero. Scio e.:* quod Ernestius retinere maluit, et interpretatur de Dolabella, ne Terentiae rem auferret.

11 Ernest. Schütz. et I. V. Cler. *Tulliae* dederunt e correctione secuti Lambinum et Bosii aliorumque coniecturam. Sed quomodo constare hic potest sensus de Tullia? Nescio sane qua ratione adducantur plures v. d., ut hic et paullo ante inducant Tulliam repugnante contextu. Planissimus est sensus; nam statim resumit: *tua credo; nostra quae poterunt esse? de Ter. autem* . . . . Particulam *et* ad *Terentiae*, quae vulgo abest, excidisse verisimile est ob confusam vetustorum librorum scripturam.

12 Hic quoque textum mutare placuit et Schützio et I. V. Clerico de sententia Corradi et Bosii, opinantes ex praeced. *scripseras* ad Ciceronem referri. Sed non ne eodem redit, et Terentiae non recte congruit? nempe, ut bene explicat Graevius, ut ipsa Romae alicui numeraret hos nummos, qui per suos actores argentarios Brundisii Ciceroni numerarentur; quae permutatio nunc *Cambium* dicitur.

13 Scilicet duo millia sibi retinuerat. Nam scripserat Atticus XII millia sestertium ex argento superesse; Terentia vero X millia tantum misit. *Tam parvum* vero ironice dicit.

14 De me apud Caesarem; ep. sup. *Manut.*

15 A Caesare. Vett. libri aliquot *aut eo me m. e. d. ut etiam si* etc.

16 A Caesare, ex Alexandria. *Manut.*

17 Mss. et edd. vett. *ad rem a.*

18 Scribis te putare, inter Caesarem et Pompeianos, qui in Africa sunt (epp. CDX, 1, CDVII, 2, CDV, 2), literis utrinque mittendis pacem posse fieri. *Manut.* Graevius coniiciebat *putare te,* quod Ernestius et I. V. Cler. ediderunt, qui mox pro *velim* cum Schützio dederunt *vellem,* arbitrati hoc requiri a sequenti *scriberes,* et *velim* tantum dici posse cum *scribas,* ut paullo postea. At isti docti viri, eorum pace dixerim, non perpendunt, Ciceronem, eloquentiae licet principem, in huiusmodi epistolis properans scribendis, ut plerumque fit, non tantum elaborare de singulis vocibus voluisse nec vacasse, quantum iis in suis recensionibus et commentariis. Ita nimirum factum est, ut epistolae ipsae partim ob librariorum inscitiam vel incuriam labefactatae, insuper adulteratae huc usque desciscerent, eorum scilicet opera, qui pro Ciceronis verbis sua propria venditant.

CDXXII.

1 Ep. CDXVII, 1. Eae autem redditae sunt die postero; ep. seq.

CDXXIII.

1 De quibus in orat. pro Ligario 3: *Caesar ad me ex Aegypto literas misit, ut essem idem qui fuissem.* Lamb. aliique *R. m. iam tandem.* Mox *opinione* abest in aliq. mss. Infra vero duo Ambb. *constituam.*

CDXXIV.

1 Vterque enim, victo in Pharsalia Pompeio, ab armis discedendi consilium coepit. Verum prior Cicero Brundisium venit, ut ibi Caesarem ab Alexandrino bello redeuntem exspectaret; Cassius autem se ad Caesarem ipsum in Aegyptum contulit, ut veniam impetraret (ep. CDVIII, 1). Ad hoc refertur quod statim subiungit, et paullo post: *Nos tamen in consilio pari, casu dissimili usi sumus.* Nescio quomodo in mss. et edd. vett. irrepserit *necessaria pert.* Mox alii *quum* pro *quando.*

2 Significat proelium Pharsalicum, quo si non tota reip. causa definita erat, Cassii tamen et sui consilium definiri debebat, a cuius partibus in posterum essent.

3 Intelligit eos qui bellum in Africa renovarunt; epp. CDX init. CDVII, 2 et CDV, 2. *Corrad.* Inter eos autem erat Cato Vticensis. Ed. Rom. *reprehendet,* fortasse melius. Codd. Ambb. omnes vero aliorumque cum ed. Iens. *reprehendit. Praetereo.*

4 Vt scilicet Pompeiani se in Africa confirmarent; epp. citt. Videtur significare, inquit Manutius, ab armis fortasse neutri fuisse discedendum, si ea quae futura erant, praevideri potuissent.

5 Scil. Pharsalico. Schützius ex Ernestii sententia expunxit *quodam,* quod et irrepsisse quidem potest, sed tamen

id sensus non respuit. Mox Gebhardus ex corruptis mss. edidit *consuii* — *propositum* — *arbitrari;* quod merito improbat Graevius, etsi posterr. id recipere maluerunt; sed recentiores, ut Ernest. Schütz. et I. V. Cler., tantum *consuli* servarunt.

6 Significat, eamdem veniam impetraturos fuisse Pompeianos, qui in Africam post pugnam Pharsalicam profugerant, quam impetrati sunt qui in Achaiam et Asiam iverant: impetraturos, inquam, si Caesaris celeritate Africani tempus non habuissent se confirmandi. Quum vero a pugna Pharsalica ad hoc temporis annus interpositus sit (distinebatur enim Caesar bello Alexandrino, et Asiatico contra Pharnacem), alii Pompeiani, qui in Africa erant, adducti sunt ut potius victoriam sperarent, quam veniam vellent; alii, ut ipsum Caesarem a se superari contemnerent, hoc est, utrum vincerent, nec ne, non laborarent.

7 Schütz. et Schönb., e coniectura I. F. Gronovii a Graevio et Ernestio laudata, *te* — *allegato* pro vulg. *et* — *legato,* quod Manutius et Corradus de Caesare accipiebant: plane ridicule; nam absurdum est, Caesarem victorem ut legatum adire victos, ut iis clementiam suam concederet. Correctionem *te* pro *et* lubens recipio, nam verisimile admodum est, Cassium et pro aliis Pompeianis deprecasse: *allegato* autem pro *legato*, nulla poscente necessitate, immutare non ausim.

8 Vid. ep. CDXI, 1, not. 4. Mox Ernest. malebat *putasset;* sermo est enim de re praeterita, et subauditur fuisse post *illaturum:* pro quo vero duo Ambb. *allaturum.* Mox unus 15 *perspicere p.;* duo 3 et 7 aliorumque *potes;* quibus fides haberi posset, si prius *et* abesset.

9 Caesaris. Receptus enim a Caesare cum eo mansit Cassius; Dio, lib. XLII.

10 Vt eum ad pacem iam per se proclivem magis hortarer. Simile est illud Plinii l. I, ep. 8: *Addidisti calcaria sponte currenti.*

11 Ep. CDXI, 1 et CDV, 2. Ambb. 7 et 15 cum Rec. *miseris q.* Alii delent *in*, quod subauditur ex praec.

12 Caesar, quo auctore publicis vulneribus mederemur. *Manut.*

13 Amb. 14 *expetendum*, non omnino inepte.

14 Quibus suadebas, ut omnino ab armis abstinerem. *Manut.* Alii mox *Nuceria*, vel *Niceria*: et revera ab Appiano dicitur Νεκέρια, et hodie *Nocera*. Vid. Ind. Pro *miseras* Amb. 15 *misisti.*

CDXXV.

1 Diebus scil. duodeviginti postquam Seleucia discesserat.

2 Vulgo abest *is*, quod auctore Graevio et ms. Ball. addiderunt Ernest. Schütz. et I. V. Cler., quos libenter sequor, quum id sit et in edd. vett.; nempe ut distinguatur a C. Trebonio illo celebri, qui hoc anno Hispaniae proconsul erat (Hirt. Bell. Alex. 66), ab alio Caesaris legato in Gallia, quem Caesar ipse (Bell. Gall. V, 40) *equitem Romanum* appellat.

3 Q. Cicerone Marci fratre. *Schütz.* At si de Quinto impetrata sunt, cur Marcus statim infra dicit: *ista nobis impetrata?* Placet igitur quod habet cod. Ambr. *eos denique quae voluissent* etc.; hoc est Caesarem tandem assecutos obtinuisse quae vellent. Edd. Iens. et Herv. *eoque de eo*, quarum haec pro *filium*, *fratrem*, illa *F.* habent. Potest tamen intelligi *a nobis* vel *per nos*, ut in ep. seq. extr.

4 Hunc esse putant Cn. Sallustium, de quo ep. CDXIII.

Infra vero de C. Crispo Sallustio historico, qui cum Caesare erat, intelligit Corradus.

5 Si nunc aliquibus ignosceret, causa illorum cognita; iis quibus ignovisset, nihil amplius timendum esset. Quum vero omnibus ignoscat incognita causa, suspectum videtur esse. *Manut.* Nempe causae illius cognitionem in alterum tempus eum differre velle. Ms. Vrsini *cognitionem.*

6 Supple *nuntiat.* Significat, Caesarem, confecto bello Alexandrino et Asiatico, Siciliam modo cogitare, eoque protinus venturum, ut inde in Africam contra Pompeianos traiiciat; ep. seq. Lallem. e mss. regiis correxit *eo,* scil. in Siciliam a Patris, ubi tunc erat Pompeius; ep. seq. Paullo post *accedam,* obviam ibo Caesari.

CDXXVI.

1 Fratris, scilicet, ad Caesarem; ep. seq., quam Caesar ad familiares suos Balbum et Oppium, ut opinatur Manutius, misit; hi autem ad Atticum, Atticus ad Marcum.

2 Terentiae, quae significatur mox in *illa;* ep. CDXXI, 2.

3 Caesar, quem bellum cum Pharnace in Asia (ep. CDXI, 1) morabatur. Mox cod. Amb. *Multa enim.*

4 P. Sulla, Sullae dictatoris propinquus, praelio Pharsalico castris a Caesare praefectus (Caes. Bell. civ. III, 31), qui nunc duodecimam legionem iussus erat in Africam traducere.

5 Caesarem; ep. sup. Cod. Amb. cum edd. Iens. Rom. et Lamb. *arbitrabantur.* Tum *in Siciliam,* supple *iturum.*

6 Olim vulgo *Aliquo e. modo hinc e.;* ubi *modo* prior delevit Graevius e ms. Helmst. Iunius e suis libris *ac m. il. aliquo; nam hinc e.* Schützius correxit *mallem illum alio quo. Hinc enim e.* At quia *aliquis* saepe adhibetur pro *alius quis;* ep. seq. not. 2, et DCLXXXVI:

migrandum Rhodum, aut aliquo terrarum; quidni vulgatum *aliquo* retineas, ut Iunius fecit? Sed illum forte offendit *ac mallem illum.* Id vero sic explicat Corradus: mallem illum, scil. Caesarem, venisse, ne diutius exspectandum hic esset mihi, et loci gravitas perferenda.

7 QQ. fratris et filii; epp. supp.

8 Scil. tempora (ad ep. CCCXXXIV, 1), quorum mala quum ferri potuerint, etiam haec esse ferenda. *Genere ipso,* quia pro nobilitate et optimatibus bellum gestum. *Ernest.*

9 Tempora scilicet Caesariana. Brutus, Lamb. et Oliv. e coniectura Manutii ediderunt *ut obl. mei; idque malim q.* Recentiores ceteri vero Graevianam receperunt *obl. mei multoque m.* Ego quidem, libris omnibus refragantibus, cum ipsis Manutio et Graevio non ausim immutare. Ellipsin vero hic inesse arbitror, scil. obliviscar haec tempora, vel mala, vel quid huiusmodi.

10 Sic Graevius e vestigiis librorum mss. et edit., quibus consentiunt Ambb. Vulgo praeter Schütz. *quorum utilitati meam iunxi.*

CDXXVII.

1 De quibus ep. sup. init.

2 Hoc est *in alium quem;* ut ep. CXIII, 3: *Ptolemaide, aut aliquo propinquo loco;* et ep. CCXCII: *Si poteris cum Mescinio — si minus cum honesto aliquo homine.* Item ep. CXXXVI; Brut. 44.

3 Q. fratris.

4 Quod genus literarum non eo videtur Caesar misisse ad Balbum et Oppium, ut significaret se improbitate Q. fratris offensum; sed ut notiora etc. Mss. nonnulli et edd. vett. habent *i. improbitatem offenderet,* nempe me ad-

versus illum excitato, ut Iunius explanat: sed libentius praetulerim quod est in ed. Aldi *illius improbitatem ostenderet.* Tum *quasi quo* nonnullos offendit, quod irreptitium glossema suspicarint: quam ob rem id Ernestius uncis inclusit, Schützius autem et I. V. Cler. penitus deleverunt. Attamen minime alienum videtur.

5 Quinto fratri. *Schütz.* Tum *eique rei mederi,* te cupere. *Ernest.*

6 Scilicet ne rogari quidem a me passus est Caesar pro fratre meo, ac proinde impetrationes nostras contemsit. Id ipsum est quod ep. sup. extr. dixit: *Quinto filio Caesarem omnia tribuisse; nostri nullam mentionem fecisse.*

7 Scilicet Sulla (ep. sup.) et Messala pulsi a militibus, qui se negant usquam ituros ad bellum, nisi praemia sive stipendia a Caesare promissa acceperint. *Ad illum,* scil. ad Caesarem, ut eum de hac re doceant.

8 Obscura locutio; quam sic explanat Manutius: in itinere ab oppido in oppidum, dum in oppidum veniat aliquod, multos dies consumit. Aliter tamen I. F. Gronovius, nimirum conventibus agendis (ep. CCVII, 2), et audiendis legationibus.

9 Immo secus accidit; nam quinque dierum spatio hoc bellum confectum fuit, quam celeritatem Pontico triumpho inter pompae fercula significavit trium verborum prae se ferens titulum *VENI VIDI VICI.* Sveton. in Iul. I, 38; Appian. Bell. civ. II, 91.

10 Legendum videtur *quae,* ut ad *gravitatem;* aut *quod,* ut ad *coeli* referatur. Vetus liber apud Vrsinum *quod m. languorem af.*

11 An Sullae et Messalae ad Caesarem euntibus mandem, ut me apud ipsum excusent, si Romam propius accedo, nec hic Brundisii eum exspecto?

12 Iniuriam amico facere Ciceronem, ait Schönbergerus,

et mallet. *saepe non rogatus fecisti:* plane ut Schützius. At multa huius generis Ciceronem exsilii calamitate perculsum in amicos contulisse vidimus in epistolis ann. DCXCV et DCXCVI datis.

13 Libri plerique vett. non agnoscunt *in*, sed adiecit Manut. ex libro Vbald. aliisque. Sensus est: quantum in perditis rebus prospici potest.

CDXXVIII.

1 Mss. aliqui *tota die tab. vestros:* et *vestros* pro *nostros* est in multis edd. vett.

CDXXIX.

1 Multi codd. et edd. vett. addunt hic et infra *fac* ante *ut sit;* sed hoc e glossa esse, merito suspicati sunt viri docti; quum haec in familiari sermone plerumque omittantur, et facile ac necessario subaudiantur, ut bene monet Victorius.

2 Legunt alii *balneo.* Vtrumque tamen videtur Latinis usitatum: utrum vero hic sit melius sive verius, penes doctos optio.

CDXXX.

1 Quo Trebonius Ciceronis dicta collegerat, de quo pluribus deinde. *Schütz.* Mox Lamb. *h. cepi d.*

2 Caesaris iussu iturus pro praetore in Hispaniam, ut dicitur infra. *Idem.* Cod. Rec. minus recte *tamen disc.*

3 Clodium inimicum meum, eumdem tuum habuisti. *Schönb.*

4 Pisone et Gabinio coss. A. V. C. DCXCIII, quo Cicero lege Clodia in exsilium abiit. *Fanc.* Scilicet, quum P.

Clodius eodem anno contenderet ut a patriciis ad plebem traduceretur; epp. XXIII et XXIV. Suam autem causam eamdem reip. putabat. Et quidem Metellum Clodii traductioni ad plebem obstitisse, testatur Dio, lib. XXXVII. Idem ex hoc loco dicendum videtur de altero cos. Afranio. Mox codd. Ambb. aliique cum edd. vett. aliquot *consilium partis s.* In quibusdam vero mss. deest alterum *in* ante *publ. causa.*

5 C. Herennio legem de traductione ferenti; epp. citt. *Tuus collega,* C. Caecilius Metellus Creticus, quaestor urbanus. *Schütz.*

6 Pompeianis scilicet in castris proelio Pharsalico. *In reditu*, scilicet nostro in Italiam. Schützius de sententia Ernestii adiecit *in r. fuerit:* sed hoc perfacile subauditur.

7 Sic Lamb. et recentiores pro vulgato *sive sic;* quod tamen defendit Manutius. Tum supra pro *item* libri plures vett. *idem:* mox *te et venust.;* alii *etiam ven.*

8 Nempe quia Trebonius causas et occasiones dictorum Ciceronis facete et venuste narraverat; antequam ad ipsa dicta perveniret. *Schütz.*

9 Ms. quidam *scripta.* Tum *ea*, scil. laudes meas.

10 Amb. 15 *exist. me plus a me, quam a te amari.*

11 Manutius coniiciebat *facturum s.;* idque Lambinus edidit, cui suffragatur cod. Amb. 14. Ernest. malit *factum.* Ego tamen vulgatum sanum puto; scil. satis erit tibi, satis habebis, contentus eris.

12 Hic est Licinius Calvus, C. Licinii Macri a Cicerone praetore iudicio damnati (ep. IX, 2) filius. Videtur Trebonius scripsisse ad Ciceronem, sibi non probari, quod Calvum laudasset. Vid. Manutium. Mox *exituras*, scil. in aliorum notitiam.

13 Weiskius putabat vocem *quod* sic transponendam: *Deinde*

quod ing. — *primum ita iudicabam;* et ita Schützius edidit: item *maioribus* pro *melioribus*, ex Ernestii coniectura. Alii legunt *pr. ita iudicabam, quod.*

14 Quod est ingenii. Sic Acad. I, c. 9: *Zeno — quum valde subtiliter dissereret, et peracute moveretur, corrigere conatus est disciplinam.* Manut. *Genus quoddam*, scil. dicendi. *Idem.*

15 Quo tamen in genere, nempe orationis, valebat, id consequebatur, quod optimum putabat, scilicet exilitatem dicendi. Confer. Brut. c. 82. Sic fere Manut. et Schütz., qui de sententia Ernestii transposuit *lapsus iudicio.* Amb. 15 *quod volebat;* alii vero *quod valebat;* alii *exsequebatur quod v.*

16 Dura et obscura locutio; scil. dum excitatur, quum cietur autem et acuitur, hoc est impellitur, plurimum valet si laudetur ad cohortandum.

17 Amb. 15 *H. de C. i. meum, quem hortandi c. l. iudiciumque de i. e. v. exist. Reliquum.*

18 Alii, teste Verburgio, *commune d.*

CDXXXI.

1 Sic malo cum Lambino aliisque vett. pro vulgato *his*, sive quia eae literae amplius iam non erant apud Ciceronem, sive quia *iis* et *his* solent in codicibus saepe permutari. Mox pro *a te* idem Lamb. et Pal. 5 *a te ad se*, quod placebat Victorio; nam consuetudo est dicere ad quem literae missae sint. Tum noster 8 *missus.*

2 Nostri praeter duos et Pal. prim. *nullam ut allevationem*; Pal. sex. *alleviationem*, et supra in *sp. venit.*

3 Postquam Brundisii a pr. Non. Novemb. DCCV sederat; ep. CCCXCV. Mox *idest cum libris* uncis inclusit Ernestius, velut nata ex interpretatione; quod tamen aliis

non probavit: nam quum *amicis* proprio sensu sequentia congruant, si metaphorice intelligi voluit Cicero, explicatio necessaria erat; si vero aliorum interpretatio, audax nimis equidem esset. Ernestio tamen favet Stewech, qui legit *rediisse cum v. amicis nostris.*

4 Amb. 15. *Vid. e. mihi me — infidissimis sociis demissum.* Pal. prim. *videbam e. me — demissum;* noster 14 *inf. cum sociis.* Notat vero Pompeianos, apud quos nonnisi capitis periculo loqui poterat.

5 Adieci *me* ex tribus Ambb. 7, 14 et 15, etsi primus a sec. manu. Mss. alii *et rev.*

6 Ita cum Lamb. et Schützio recepimus, quod reperitur in ms. Gu. 1 apud Ernestium, et nostro 6 et Rec., et intelligitur *consuetudine.* Vulgo *in eo,* quod refertur ad *usum,* quia dixerat iam *eorum usum dimiseram*; sed longius distat. Quomodocumque sit, colligitur ex hoc loco, Varronem et Pompeii in Hispania legatum, et Dyrrachii degentem, librorum usum numquam intermisisse.

7 Sic cum Ernestio et Schütziò nostri omnes, uno 2 excepto, aliique libri vett. Vulgo *quum p.*

8 Transeuntes vitamus ea quae impendent; *transire* etiam dicuntur ea quae impendent; ut ep. XLVII, *transitum tempestatis exspectare.* Manut. Vnus Amb. aliique *impediant*; in quatt. vero cum Rec. et ed. Med. abest alterum *ea,* quod sane videtur abundare. Pal. Sext. apud Gebhard., et Scaelsianus *laturum,* quae lectiones omnes aeque congruunt, diverso licet sensu.

9 Idest *apud te,* et in tua villa. Habuit enim et M. Varro villam in Cumano, quod ex prooemio Acad. intelligitur. *Victor.* Tῷ *placebit* subaudio *mihi.* Pro *Tusculano — Cumano,* unus Amb. *Tusculanum — Cumanum.* Tum pro *ad te placebit* nostri quatt. aliique *adire te pl.*;

unus *adire pl.*; scil. ut ellipsin expleant. Alii *apud te*; alii *adesse tibi.* Mox Ambb. quatt. aliique *q. minus p.*

10 Scilicet, quocunque loco simus, perficiam ut nostra conversatio utilissima nobis sit. Ernestius utrumque et quod nos edimus cum aliis, et quod ipse dedit, *perficiam ut diiudicetur*, vitiosum putavit. Alii *c. e. videbitur.* In nostris duobus 3 et 7 legitur *ut id quod utr. nostrum commodius esse videbitur, diiudicetur*; quod pariter invenerat Ernestius a 2 manu in suo msto; itaque scribendum putabat *perf. ut quid utr. no. com. esse videatur, diiudicetur*; et accipiebat *esse videatur* e formula iudiciorum (vid. ad ep. LXXXVIII et CXLIX, 5). Tum pro *perficiam* ed. Rom. *proficiscar.*

CDXXXII.

1 Ex proelio Pharsalico multi in Asiam iverunt, aut in Achaia remanserunt, alii in Africam (epp. CD, 1 et CDV, 2); hic tandem, ut Cicero Laeliusque (epp. CD, 1 et CDIX, 1), in Italiam reversus est.

2 Haec est emendatio Lambini, quam receperunt Martyni-Laguna et Schütz. Vulgo *nihilo meliora sunt, nec etiam atque etiam*; alii *et iam etiam m. d.*

3 Ernestius correxit *posses*, et I. V. Clericus recepit, quod sic res et latinitas postulet, nulla vett. librorum auctoritate favente: nimis subtiliter.

4 Nempe finem belli in pugna Pharsalica; non ut multi, qui post illam pugnam bellum in Africa restaurare conati sunt. Huic similis est locus in ep. CDXXIV: *Adduxit utrumque nostrum* (Ciceronis et Cassii) *ad id consilium, ut uno proelio* (Pharsalico) *putaremus, si non totam causam, at certe nostrum iudicium definiri convenire.* Hic *terminum* alludit utique ad fortunam illius

proelii, quae finem ponebat, vel ponere debebat contentionibus bonorum.

5 Matri Porciae, M. Catonis sorori. Pro *pari* alii *pariter*.

6 Quorum incolumitas in tua sita est. *Manut.* Mss. quidam *qui de te p.*

7 Alii, teste Graevio, *amasti.*

8 *Aequus* est animus quum statum suum tranquillitatis servat, in nullum motum inclinans; *fortis* vero quum affectum vel sensum doloris cohibet, quali nimirum opus est ad ferendum dolorem ex necessariorum privatione. Ideo *fortem* animum *aequo* subnectit.

9 Pal. tert. *vel prodesse parum m. p.*

10 Edd. Iens. et Rom. cum Amb. 15 *minime scr.* Lamb. vero *autem* omisit.

11 Alii *diligentiaque*, fortasse verius, quum consentiat *studio.*

CDXXXIII.

1 Mss. aliqui cum Grut. *epistolas.* Tum Lamb. *e quibus.*

2 Sic Manut. et Lamb. Libri vett. plerique *scieram*; sed hoc, quod recentiores nonnulli restituerunt, Ernestius expresse improbat.

3 Hoc, quod habent edd. vett. cum Amb. 14, praetuli vulgato *accommodavissem*, quod sic et tollitur ταυτωφωνία cum verbo sup. *scissem.*

4 More vetusto pro contracto *tametsi*, ut et alibi, saepius apud comicos.

5 Alii, teste Gebhardo, *te scire op.*

6 Praepositionem necessariam, quam hic habet unus Ambr. 12, licet a manu posteriori, tacite adiecit Schützius post Lamb., quam et Cortius desiderabat.

7 Loquitur de periculo amittendi omnem rem publicam post pugnam Pharsalicam. Vid. epp. superr.

8 Ambb. omnes cum edd. Rom. et Iens. *aut pr.;* Schützius *ac*. Ego vero malim *ut*.

9 Libri aliqui *d. m. autem p. p.*

CDXXXIV.

1 Is est L. Munatius Plancus, ad quem multae sunt epistolae A. V. C. DCCIX, et eius mutuae ad Ciceronem. Perperam in quibusdam vulg. *Cn. Pl.*

2 Vid. epp. DCCLXXXVIII et DCCXCI.

3 Alii *quae sp. habent — tenentur:* alii *habeant — teneantur;* arbitrati male consentire *habeant — tenentur*, ut est in omnibus fere vett. libris. Cod. Rec. vero *quae spem h. magnam*.

4 Msti, teste Verburgio, *per se ipsas*, quod praetulerim. Artem vero eamdem Ciceronis profitebatur L. Plancus, qui erat orator insignis.

5 Exsilium suum et Clodiana tempora significat. Hoc modo locutus est ep. CCXVI.

6 Manutius Bened. et Schütz receperunt *paruit*, quod etsi est in pluribus libris vett., *patuit* potius cum plerisque praefero, ut in ep. CDLXXXV init.

7 Quum initio belli civilis pulsus ab Italia a Caesare in Graeciam transmisit.

8 Cod. Rec. aliique *quam ut ad Capitonem — reverteretur*: alii aliter, quod minus probent eruditi.

9 Subito Pompeii adventu. *Manut.*

10 Pompeii iussu. *Idem. Signaretur*, idest cuderetur.

11 Libri vett. bene multi *d. aut tr.*, usitatius certe; sed et alterum eleganter dici ostendit Camerarius, et recipiunt recentiores. Male tum alii *eum aff.* quum sit nonnisi ex antecedenti superflua repetitio.

12 Intellige Pompeii. In Hittorp. aliisque abest praepositio *a*, fortasse melius, quae iam verbo inest.

13 Lambinus *quam potuit.*

14 Pharsalicum. *Corrad.* Tum *A. Plautium* Bithyniae et Ponti propraetorem. Libri vett. aliquot corrupte *Plancium*, vel *Plancum.*

15 Scilicet A. V. C. DCCIII.

16 Ergo decem partes totius hereditatis; nam quum haec in XII partes sive uncias apud Romanos divideretur, patet $\frac{6}{12} + \frac{4}{12} = \frac{10}{12}$. Sextans igitur hic erit pars reliqua hereditatis, sive unciae duae, quae iis obvenire debebant, quorum bona, Caesare victore, sine illius querela publicari poterant: Antistius enim Pompeianus erat. Partem C. Capitoni relictam Cicero conservare conatur, adiutore Planco.

17 Hoc multos offendit, ideoque Lamb. mutavit in *non*, Guilielm. coniiecit *nullus*; Ernest. *nullam*, ut est in aliquibus vett. libris, sc. nullam rem, ut referatur ad seq. *hanc suscipias.* Ego vero sanum puto, quod Cicero saepe solet adhibere pro *non* vel cum nominibus propriis, ut ep. CDXXI, 3: *Philotimus nullus venit.* Tum supra idem Lamb. *nostrae t. v.*; mox infra cum aliquibus mss. omisit *esse* post *putes.*

18 Apud Caesarem, cum quo pugnavit in Africa contra Scipionem et Iubam regem. Ineptum vero est omnino *potuissem* pro *petiissem*, quod habent mss. plures tum Ambb. tum aliorum.

19 Caesar, quem memoria quantum valeret, Cicero noverat. Amb. 14 e correctione *nosti. h. m.*, quod aeque convenire posset seq. *itaque n. t.* etc. Tum supra Lamb. aliique *et dilexit et coluit.*

20 Duo Ambb. et ed. Iens. *submitto*; alii *summitto*, alii corruptius *summito* vel *sumitto.* Mox *ipsum* sc. Caesarem.

21 Quanti Caesarem fecerit Capito, in me ipso sum exper-

34 Athenis Socrates, quum triginta tyranni a Lacedaemoniis impositi dominarentur, Syracusis Plato, atque etiam Aristippus, regnante maiore Dionysio; Laërtius et alii. *Manut.* Libri vett. nonnulli *tulerunt — fuerunt.*

35 Sic nostrorum multi aliorumque cum edd. vett., et recte. Vulgo *quum tu.*

36 Post Oenomaum; ep. DLXVI. Quando tu post versus Oenomai Acciani, quos nuper protulisti, non Atellanum actorem introduxisti, ut olim introduci solebat, sed mimum, ut nunc fit: hoc est, non facetia Atellani actoris digna, sed mimi usus es. Hoc loco innuitur discrimen inter Atellanas fabulas, et fabulas mimorum, sive histrionum. Illae nempe modestiores, hae lascivae et dicacissimae. Hinc Livius (lib. VII, c. 2) postquam narravit Iuventutem Rom., histrionibus fabellarum actione relicta, ridicula fabellis, potissimum Atellanis, imitasse, addit: *Quod genus ludorum* (Atellanorum) *ab Oscis acceptum tenuit iuventus, nec ab histrionibus pollui passa est.* Atellanae fabulae, in tragoediis potissimum agi solitae, idem, aut simile quid erant et quae nunc apud nostrates *In-*

termezzi, Germanis *Nachspiele* appellantur. *Atellanae* autem dictae ab oppido *Atella*, de quo ep. CXXXVIII. Porro Ant. Augustinus coniiciebat *Atellanam*, quod placebat Ernestio, et edidit Schützius et Ios. V. Clericus. Pro *solebat* vero unus Amb. cum ed. Iens. *solebas*, quod tamen sequenti *ut nunc fit* non cohaeret.

37 Quum haec obscura et insolentia sint, aliqui emendare varie conati sunt. Schütz ex ingenio *Quem pompilum quem thynnum*, quod illud tribus locis memorat Plinius, et quod *denarium* hic ineptum videatur. Amb. unus cum Lamb. aliisque vett. *Pompilium*; ms. Vrsini *polypum*, quod sane verisimilius videtur, ut infra est in hac ipsa ep. Alii denique *thynnarium* coniiciunt, ut sit edullium ex thynno confectum. Nos hic a vett. librorum consensu recedere nolumus; quia *popilium* pro *pompilo* Plinii, aut quid aliud eius generis esse potest; *denarium* vero, quia intelligi potest denarius, quo, ut iam vidit Corradus, se polypum vel quid aliud simile emturum Paetus quaesisset, quem Cicero ut minimum spernat: et *thynnum* longius abest a mstis.

38 Nostri duo aliique *felicitate*, quod idem sonat ac fortuna, ut in ep. DCC sub fin. At alterum rectius.

39 Ego eos erudio in Rhetoricis, praecepta eloquentiae eis trado; sed apud eos ceno. *Magistri* enim, *Reges*, *Domini* dicebantur splendidi convivatores, qui amicos frequenter excipiebant conviviis; ut pridem notavit Lipsius III Antiq. lect. *Graev.*

40 Scilicet quod profitearis te non esse solvendo, nihil impedit, quominus me opipare excipias. Sic locum hunc nobiscum explanat Al. Sym. Mazochius, Comment. in Aen. Tabb. Heracl. p. 433. Itaque *eiurare bonam copiam* est negare iuramento se bonam copiam habere. Sic vero codd. fere omnes sive nostri, sive alii. Amb. 15 cum

ed. Iens. *et iures habere n. e.* Alii *b. c. iures*, ut nimirum Hier. Ferrarius et Victorius legi volunt ex loco Varronis lib. VI fin.: *Hoc sublatum ne fieret, et omnes qui bonam copiam iurarent, ne essent nexi, dissoluti.* Contra, Varronem Manutius corrigit ex hoc Ciceronis loco. Sed neutrum auctorem solicitandum esse evincit Mazochius, quod contrariam contrariis verbis sententiam uterque eorum habeat. Neque illum moratur illud pariter Ciceronis *iurare calumniam* (ep. CCXXIII, 2); quod explicatur negare iuramento, iuramento se dicturum calumniam; sive quia *iurare* cum accusativo rei vi affirmativa semper alias pollet, ut *iurare foedus, iurare pacta;* sive quia in allato loco id iusiurandum συντόμευς *calumnia* vocatur, indeque ortum τὸ *iurare calumniam*, pro eo quod est, se nihil calumniaturum.

41 Quum dives eras, re domestica integra ante Caesaris legem de aestimatione. Lamb. *rem augebas*, nullo auctore.

42 Hoc est ad minimos quaestus. *Manut.* Vt enim a lucro *lucellum*, ita a quaestu *quaesticulus*. Victor. Ambb. plures aliique vett. *quaestiunculis;* fortassis e correctione, quin tamen sensui praesenti congruat. Porro Frid. Gronovius mavult *ferebam*, aut *patiebar*. Primum inconsulto recepit Schütziug. *Faciebam* hic est *reputabam*, vel *reperiebam*, inquit Al. Sym. Mazochius, Comm. in Aen. Tab. Heracl. p. 443 in nota.

43 Scilicet per aestimationes illas a Caesare inductas. *Ernest.*

44 Quid veneat nomine aestimationis vid. ad ep. DXLIII. Hinc quod sequitur *aestimationem aliquam accipere* est possessionem pluris quam quod valebat aestimatam a debitore loco crediti accipere et damnum pati. Conf. ep. seq. Vett. aliqui *existimationem.*

45 Hoc est, et tamen quod ab amico (seipsum designat)

bona tua comedantur, non id tibi aeque grave esse debet, atque illud est, quod debitorum causa deperdis. *Manut.* Aliqui *Et iam haec l.*

46 Amb. 15 *reliquiae sunt.* Bene tum Ernestius pro *ut* coniiciebat *ubi*, ex quo *uti*, dein *ut* fieri potuit.

47 Locupletis hominis, eiusdem qui Tigelli avus nominatur in ep. DCXXXVI. Ambb. duo aliique codd. *Phaniae.*

48 Manutius non ad frugalitatem, sed ad tempus refert, hoc est maturius, citius; cuius significationis exemplum affert ex Corn. Nep. verbis in Terentii vita per Donatum conscripta: *Nepos*, inquit, *comperisse se ait C. Laelium — admonitum ab uxore*, temperius *ut discumberet, petiisse ab ea ne interpellaretur; serius tamen ingressus triclinium dixisse* etc. Ovidius tamen et Columella *temporius* dixere. Vide reliqua apud eumdem Manut. Aliqui *temperatius*, quod sane sensui magis congruit; quo sensu si vera est altera lectio, certe insolentius.

49 Graevius e msto Amstel., cui Ernestinus consentit, legi vult *revoca.* Illis et nostri aliique consentiunt; sed pro sequenti *feram* habent *referam*, scilicet syllabam *re* e priori *revoca* detractam; quod et in illis duobus factum suspicor. Hinc nihil mutandum.

50 Minio, hoc est rubro colore tincti Iovis simulacri faciem in Capitolio illini solitam tradit Plin. XXXIII, 7 et XXXV, 12. Ant. Augustinus mallet *miniati Iovis*, quod utique habet Lamb. Amb. 15 *Enniani.* Tum *similem* intellige polypum rubro iure, seu embammate conditum. Sic fere Manutius explicat.

51 Ne credas, me promulside expleri, eaque contentum fore, quam prorsus reieci.

52 Sic msti plerique et edd. vett. et Manut. Lamb. Graev. aliique illustres viri docti receperunt. Alii tamen ex aliquibus codd. habentibus *delibitari*, vel *delimitari*, vel

debilitari ut noster 7, hoc postremum receperunt, ea ratione adducti, quod plus indicare illis videatur, et *delectari* simplicius esse quam pro tali epistola iocosa; sed eos merito recteque refellit Graevius, qui iure negat, istud commodum hic sensum habere.

53 Neapolim, ubi tu es (ep. CDLXXIII, 2). *Manut.* Pro *istuc*, ut ep. CCCXXXV.

54 Nostri plerique cum aliis *calefacias*. Sed contractum *calfacio* usitatius fuisse auctor est Quintilianus.

55 Domum Sullanam in urbe Neapoli (ep. CDLXXXIII, 2), villam Selicianam in argo Cicero emere cogitabat. *Manut.* Vett. aliquot *Feliciana*.

56 Allusisse Tullium ad nomen villae putat I. Fr. Gronovius; sed, ut recte iam monuit Schönbergerus, nulla videtur hic allusio inter *sal* et *Selicius*. Verisimilius est, salinas fuisse in ista villa, usumque fuisse Tullium ioco ex ambiguo, quod est in vocabulo *salis*. Deinde *sannio* scurra est de cuius ridiculis actibus Orat. II, 61. Hoc ergo videtur dicere: *salis satis esse* in ea villa; sed qui ridere possit his calamitosis temporibus, se non videre. Libri vett. aliqui *Samiorum*, vel *Samionum*, vel aliter.

CDLI.

1 Hirtium et Dolabellam; ep. sup. *Obviam* Caesari ex Africa redeunti. *Caesari* nimirum addebant vett. aliquot, quam vocem recte Gebhardus expunxit, quum soleat a Tullio saepe reticeri quum ad familiarissimos scribebat: ac praeterea satis indicatur infra *familiari suo*. Immo mihi valde suspecta est et vox *iidem*, quae manifesto superabundare videtur; ideoque uncis inclusi.

2 Nota historia est de Dionysio, qui ut aliquam amissi regni imaginem pueris imperando, conservaret, scholam

in triviis instituit. Vid. apud Iustin. XXXI. De eo et ep. CCCL. Tum pro *expulsus* cod. Vatic. Pal. Sext. et Amb. 14 ex emend. cum. Victorio et Graevio *pulsus*.

3 Recte et praeter ostentationem: regnabat enim Cicero in foro eloquentia sua, qua pollebat, sive in causis privatis, sive in concionibus.

4 Vt ea occupationibus distentus aequiori animo perferam. Aliter Manut.

5 Quam firmum sit hoc meum consilium docendi.

6 In acie Pharsalica non fuit, sed remansit in castris ad Dyrrachium, ut videre est in ep. CCCXCI et seqq.

7 Pompeius Magnus et Lentulus Crus iussu Ptolemaei regis necati (Caes. Bell. civ. III, 104); Scipio Pompeii socer ad Hipponem regium in Africa delatus, et ab hostibus circumventus seipsum interfecit (Hirt. Bell. Afr. 96; Florus, l. IV, 2; Val. Max. l. III, 2, 13; Appian. Bell. civ. II, 97, 100); Afranius a P. Silio Caesariano cum Fausto Sulla captus et Caesaris mandato interfectus, si fides est Floro (l. IV, 2). Id negat Sveton. in Iul c. 75. Codd. aliqui male *Scipio Africanus*.

8 Hic quum Vatiniano odio Caesarem odisset, et res Pompeianorum fractas omnino apud Thapsum in Africa vidisset (ep. CDV, 2), Vtica inclusus, sine suspicione, vultu atque sermone, quo antea usus fuerat, quum dormitum isset, ferrum intro clam in cubiculum tulit, atque ita se transfodit. Quum autem medicus familiaresque ex suspicione ingressi, vulnus Catonis adhuc respirantis fasciis obligare coepissent, ipse suis manibus vulnus crudelissime divellit, atque animo praesenti se interemit. Hirt. Bell. Afr. 88; Plutarch. in Catone Min. Si autem propterea dicit, *praeclare* periisse; haud secus igitur Scipio (not. praeced. 7), nisi dicas id Ciceronem ne-

scisse aut non credidisse, quum eum illis coniungat qui *foede perierunt.*

9 Necesse id Catoni fuit; quia Caesarem vetere odio incensum timere potuit; nos damus operam, ut eius nobis animum reconciliemus. *Manut.* Mox Ambb. plures aliique *idque agimus.*

10 In conviviis apud Hirtium et Dolabellam (ep. sup. et CDLVI). *Schütz. Confeci* est consumsi, comedi.

11 Quia supra sermo fuit et de ludo et de cenis, videtur hic quoque Tullius ludere in ambiguo vocabuli *iuris*, quod et leges significat, et succum carnium. *Ateriano* autem dixit, quod Aterium iurisconsultum penes se habuisse Paetus videtur: *Hirtiano*, confer ep. sup. et CDXLVI.

12 Disce, inquit, e cenis Hirtianis, quales tuae futurae sunt. *Manut.* In Medicaeo cod. est *disceam* προλ; et post *sed quomodo, videro si aestim.* Hinc vir doctus qui editioni operum Mureti Patav. 1740 praefatus est, sic locum corrigit *sed disce a me* προλεγομένας. *Quas? quaeris. Etsi sus Minervam: sed quomodo, videro, aestimationes* etc. Initium correctionis *disce a me* non displicet. In ed. Rom. est tantum *disce* προλ. et sic msti nostri. *Ernest.* Ita et Ambb. omnes aliique; ideo vulgatum *iam* sustulimus ante προλεγ. Plura vide apud Graev.

13 Scilicet docebo. Nam ep. CDLV in Paeto *veterem lautitiam* praedicat. Itaque illo proverbio, quod dicitur in eos, qui cuius rei scientia carent, in ea peritissimos conantur erudire, significat se stulte agere quod se in arte coquinaria Paeto magistrum fore profiteatur. *Schönb.* Peck. *et si vis Minervam.*

14 Scilicet possessiones quas per aestimationem a debitoribus accepisti. Vid. ep. sup. Ambb. aliquot *sed quomodo*, vel *quum video si existimationes.*

15 Subaudi *laborare.*

16 Neapoli. Ita Gronov. Vulgo *istuc.* Nostri plures aliique libri vett. *istos.* Tum *familiares tuos*, scil. apud quos cenare solitus es. *Manut.*

17 Quando equum, ut viveres vendidisti. Alii *quum canth.* Mox plures ambb. aliique *R. provehi.*

18 In schola, quam aperui, sedes honorifica tibi erit secunda a praeceptore, tamquam submagistro: *eam pulvinus sequetur*, scil. mox magistro futuro. Magistrorum enim sellis pulvinus dignitatis gratia addebatur.

CDLII.

1 Ep. CXXVI.

2 Cod. Scaels. *vexamur, et (ut vides) etiam vexabimur.*

3 Idem Scaels. cum Zel. A *temporis recordatio.* Proxime ad eum duo Ambb. *venire recordatio illius temporis.* Al. *s. in m. v. illud tempus.*

4 Idest A. V. C. DCCII belli civilis initio. Confer epistolas illius anni. Mox Scaels. *in Pompeianum v. concessissem.*

5 Solicitabat. Sic locutus ep. CCCLXXVII init. *Manut.* Mox Graevius aliique *quum officii.*

6 Erga Pompeium et optimates. *Graev.* Mox Scaels. *valde commovebat.*

7 Veteres aliqui *perturbatum.*

8 Proficiscendo scilicet ex Italia ad Pompeium: *quam salutis meae rationem ducere*, abstinendo a bello civili et sedendo in Italia.

9 In castris Pompeii. Abest a tribus Ambb. et Rec.

10 Scaels. *n. m. c. neque paratas illas, n. bell.* Paullo post aliqui *reliquos*, melius certe: immo *reliqui* mendosum puto, nisi subaudiatur *erant;* sed melius responderet superioribus *vitia multa*, et continue illis *magnas copias paucosque.*

11 Ita manifestam faciebant sermonibus futuram eorum crudelitatem in eos omnes qui a partibus Pompeianis non steterint. Consule epp. CCCXCVIII et CDXLVI. Scaels. *in opere ita crud.* Mox infra *ut ipse victoriam perhorrescerem.*

12 Ex quo fiebat, ut belli civilis victoriam cupiditatibus suis peropportunam putarent. Vid. ep. CDLXX.

13 Lente gereret, proeliorum aleae se non committeret. *Cellar.* Optimum sane consilium: nam Pompeius maria omnia classe sua tenens frumento ceterisque rebus abundabat; Caesar vero difficultate annonae paene consumebatur. Vide Caes. Bell. civ. l. I, c. 52; III, 42, 47-48. Scaels. *b. produceret.*

14 Illa scilicet ad Dyrrachium; ep. CCCXCII.

15 Ms. quidam *nullius imperii fuit.*

16 Proelium commisit. Significat celeberrimum illud proelium ad Pharsalum in Thessalia pugnatum.

17 Aliqui *mihi finem belli f.* Scaels. cum Rec. *Tunc ego mihi belli finem feci.*

18 Mauritaniae in Africa regem, ad quem postea confugerunt victi Pompeiani; Caes. Bell. civ. II, 25.

19 Scaels. *Certi;* sane melius. Postquam aliorum pericula recensuit; quum scilicet cecidit in acie L. Domitius, in insidias incidit Pompeius, in victoris manus devenit Cassius, ad Iubam confugit Scipio, exsilio locum cepit Marcellus, mortem voluntariam conscivit sibi Cato; nullum aliud perfugium certum erat praeter deditionem in victoris manus.

20 Schützius, nullo auctore, praeposuit *et* ut parenthesis illa *si quicquam* etc. ad verba *in meis* pertineret, scil. in meis praediis, possessionibus. Id ego quoque reciperem si qua suppeteret auctoritas. Codd. aliqui *cum eis*, quod referendum esset ad *incommodis.* Pro *cuiusquam*

vero Lamb. aliique *cuiuspiam*, Amb. unus *cuiquam*. Significat autem: si quisquam nunc propria libere possidere potest.

21 Cod. aliqui *praedixi futura*.

22 Alii *non quod optima*, vel *optime*.

23 Amb. 13 *forma rerum;* alii *fortuna*.

24 Vulgo cur *optarem multae causae:* sed *causae* procul dubio est a glossatore sciolo, ideoque deleverunt recte Lamb. Ernest., aliique recentiores, ut revera deest in codd. vett. nonnullis. Aliqui vero *causa non visa est*, vel *c. non ulla v. e.*

25 Scaels. *et tibi molestius*, al. *et iam tibi molestior fui;* haud male. Schütz. haec malit abesse. Mox pro *quum* multi vett. *tum — tum*.

26 Pompeii: *unus*, Caesar.

27 Scilicet finem belli facere: postquam autem non potuerim reliquis omnibus finem fecisse belli, volui saltem mihi ipsi. Cicero enim, inquit Cellarius, post Pharsalicam cladem suasit omnibus ut tempori servirent, neque repararent bellum. Vid. ep. CDXXIV.

28 Olim vulgo *ipse;* quod Graevius dupliciter vitiosum esse vidit: primum quia constructio requirit *ipsum*; secundo quia est in oppositione τῷ *reliquis*.

29 Ernestius putabat excidisse *me* post *quam si;* et revera id habent Lamb. aliique vett. e correctione: sed nihil opus; nam facile ac necessario ex prox. praeced. subauditur. Mox pro *si quando* Victor. *si quum in v. m. i.*

30 Est e correctione Lambini et Ernestii. Nostri omnes cum vulgo *quid diceres*: scil. vituperatoribus.

31 Qui scil. perierunt in proelio Pharsalico. Paullo supra pro *fuerit* duo nostri cum Rec. *fuit*.

CDLIII.

1 Ne quod vitium sit in auro (ep. CDXLIX, 3), ne subaeratum quid sit in iis nummis, quos a Caelio in permutatione recipiam. Metaphora sumta a lacunis, quae agros deteriores reddunt.

2 In permutatione pecuniae multum est damni, iacturae (Verr. III, 78). Graecum vocabulum κόλλυβος, quod et genus numi apud Graecos, cui bos incusus erat (Hesich.), et permutationem ipsam numorum, teste Polluce, significat. Quidam habent *ego ista novi*, ut Graevius et I. V. Clericus; et quidem *non* omitti posset si *sed* abesset. Ed. Herv. *detrimentum, satis si huc a. s. a.*

3 Scilicet adulterinum, maius insuper detrimentum erit.

4 Quia proxima verba abrupta sunt, dicit hoc esse exemplum Hegesiae, cuius dicendi genus fractum erat et velut in particulas incisum, ut idem refert in Orat. 67: *Habes*, inquit, *hoc exemplo genus dicendi Hegesiae*. Sic fere Bosius.

5 Ais ne tu? est ne ut dicis? Cui et illa similia sunt *ain' vero? ain' tandem?* ep. DCLVIII. Porro τῷ *sine me* supple, potuisti legere librum Tyrannionis? Tyrannionem περὶ τῆς Ὁμηρικῆς προσοδείας (*de Homerica prosodia*) scripsisse, testatur Suidas. Et dixit *verum* pro *aequum*; ep CCLXXI. *Manut.* Herv. *unum hoc frui sine me?*

6 Φιλόδημον sive *popularem* in literis vocat eum, qui cognitione rerum tenuium delectatur, omniaque etiam minuta et humilia scire desiderat, sicque ut in republica popularis est studiosus populi. *Popma.*

7 Hoc est, et tu amas eiusmodi minutas speculationes, quibus animus tuus ali possit.

8 Scilicet θεωρεία. *Acutam* et *gravem* dicit ex sententia At-

tici. *Quid — ad* τέλος? quid ea speculatio prodest ad finem, idest ad felicitatem? Significat autem quinque libros *de Finibus*, quos tum scribebat Cicero.

9 Sed longum foret de istis disserere; tuque occupatus es, in meo certe, fortasse et in alio quo negotio. *Quidem* addidit Bosius e mss.; nam vulgo aberat olim.

10 Alludit ad corporis curandi artes Graecorum Romanorumque, inter quas hanc adhibebant (utor fere verbis Oliveti), ut contra solem nudi vel sederent, vel ambularent, quo frigidis humoribus excoquendis opportunum solis calorem cutis combiberet. Iuvenalis XI, 103:

> Nostra bibat vernum contracta cuticula solem.

Eam nimirum vocabant *assum solem*, *insolationem* et *apricationem*, graece ἡλίωσις, et ἡλιωκαία. Si corpus ante apricationem oleo perfuderant, hanc dicebant *apricationem unctam*. Cicero vocat *unctum solem nitidumque*, quod solares radii in cuticulae meatus insinuabant se se, quasi uncti ac nitentes oleo quod secum vehebant. Sed haec sunt metaphorice accipienda hoc sensu: In isto Tyrannionis libro est ne aliquid quo utar in meo de Finibus scribendo? sed de te hoc nunc non petam; es enim forte occupatus. Quum una erimus, tunc exigam, et quidem non eadem mensura, qua acceperis, sed cumulatiore, ea quae tibi tradidi in dialogo de Claris Oratoribus, quum in pratulo meo prope Platonis statuam (Brut. c. 6) ad solem consederimus; faciamque ut pro tenui illa nostra doctrina, qua tamen tu abusus es (scilicet ad delicias et voluptates), res scitu digniores a te requiram. Manut. *ac pro isto.*

11 Id est nuncupatus tibi.

12 Vsurpat verba Terentii Heaut. I, 1, 18, quibus Menedemus Chremetem alloquitur. 'Tantum, inquit, tempo-

ris tibi superest, ut praeter cetera librum quoque de Oratore legas? Vox *Chreme* deest in multis, qui a *Tantumne* novam epistolam inchoant. Sane videtur ab aliquo vox illa adiuncta esse ad complementum Terentii versus.

13 Perspicuum est in Oratore subintelligi, in quo haec de Pericle: *Si tenui genere uteretur numquam ab Aristophane poëta fulgere, tonare, permiscere Graeciam dictus esset.* Aristophanis autem graeca verba in epist. quadam recitat: ἤστραπτον ἔβροντα ξυνεκύκα τ' Ἑλλάδα; quod Cicero quum Eupoli primum tribuisset, postea correxit, Aristophane reposito. *Manut.*

14 Caesarem Atticus rogaverat, ut Buthrotios, quorum agrum, ut divideretur, proscripserat, hoc decreto liberaret (ep. DCCLII), saepiusque usus erat vocabulo *quaeso.* Propterea eum Caesar facete et urbane cavillatus erat, non tam quod illud ipsum vocabulum, ut nonnullis (I. F. Gronovio et Mongaltio) visum, reprehenderet; sed quod nihil opus esse diceret, Atticum se tam enixe rogare, quod illi facile concessurus esset. *Schönb.*

15 Supple, febri laborare; ep. CDXLI. *Manut.* Mox *horrore*, idest sine tremore ex frigore.

CDLIV.

1 In aliquibus mstis *Tamen malitia* sine praep. *a.*

2 Vett. aliquot *tenuissimo.*

3 Sic vocat Balbum ceterosque Caesarianos, cum allusione ad Caesaris potentiam. *Consulares* vero se ipsum significat. Codd. vett. multi, tum nostri, tum alii, et edd. vett. et ipse Lamb. corrupte *quum res gestae.* In aliquibus vero *tam* abest.

4 Recta via; ut epp. CXLVI, 2 et CLXXXI, 1: *a porta*

intellige urbis. Ita edimus cum Lamb. aliisque vett. et mss. pro vulgato *enim*; quod non habet a quo pendeat. Ernestius malebat *recta enim venit:* quod et Schützius edidit. At *enim* pro *eum* reperitur quidem in mss., ut in nostris, praeter unum 13. ob facilem in mss. ipsis mutationem; sed nusquam *venit*. Mss. quidam apud Graevium et Verb. *Nescis me ab illo expiscatum; recta eum venisse*; quod quidem significaret etiam Ciceronem a Balbo expiscatum fuisse, idest hunc ab eo sciscitatum.

5 Hoc est, quod non suam potius domum venit, sed quod non statim ad suum, idest Caesarem, commeavit. Caesar enim sub finem superioris mensis Romam venerat. *Schütz.* Sex nostri cum duobus Pall. Hittorp. et Stewech. *quod non suam*, vel *ad suam potius: sed quod non ad suam.* Hinc probavi edidique correctionem Schützii. Quod vulgo editur *quod non ad tuam potius*; *sed illud quod non ad suam*, passim est e correctione; nec ullo modo ferri posset: nihil enim erat cur Balbus domum veniret Paeti, quando hic Romae non erat, sed Neapoli, unde ipse Balbus veniebat. Vnus noster utrobique *tuam* — *tuum*; quod pariter falsum. Lamb. *quod nec ad suam.*

6 Amb. unus cum Scinz. *adiuratus.*

7 Supple, quam apud te cenasse. Nam *libenter*, ut vidit Graevius, proprie Latinis est *edere:* ut apud Cat. R. R. c. 156; Terent. in Eun. V, 9, 44; ibique Donatum. Et quum Ciceroni sermo est de Paeto, facile est de cena vel potu sumere, ut mox *obsonio*. Ad epp. CDL, 2 et CDLVI.

8 Idest, si ita Balbo satisfecisti per verba, non minus gratificabis meis auribus, non minus delicatas aures ad te adferam, hoc est, non minus libenter te audiam.

9 Iocatur in ambiguo *Balbi* nomine. Balbi enim dicuntur qui linguae vitio minus expedite loquuntur.

10 Neapolim, ubi erat Paetus; ep. CDLXXII, 2.

CDLV.

1 In nostro 13 aliisque *Num tu h. r. es*; ex quo Lambecius in notis ad Gellium suspicatus fuit *Nimium tu* etc. At I. F. Gronovius corrigebat *Nae tu*; quod placebat Graevio, et recepit Schütznius. Elegantius quidem; sed nec propterea vulgatum reiiciendum: est enim *Non ne tu homo ridiculus* etc. Ceterum non admodum ridiculus dicendus est hîc Paetus, quum ep. sup. scripserit Cicero se a Balbo *omnia expiscatum.*

2 Neapoli, inquit Manutius, quia ibi videtur hoc tempore Paetus fuisse. Melius Ernestius ex illis quae infra sequuntur: *Veientem agrum* etc. intelligit in ea regione, in qua Paetus agros habebat prope Tusculum, ubi et Cicero habebat. *Futurum putem*, intellige, an dividere militibus in animo habeat Caesar; quod Balbus melius scire poterat, quippe ex intimis ipsius Caesaris familiaribus.

3 Habuisti apud te, qui vel deliberata mente, ut sobrii, vel temere et casse, ut ebrii, potuit, quid sit, dicere. Horat. ep. I, 5, v. 16:

> Quid non ebrietas designat? operta recludit.

Sed iocatur de more cum Paeto suo combibone, ut epp. CCXLVI, CDL et CDLVI.

4 Ita vivimus, ut quemcumque diem supersimus, in lucro ponere debeamus, sive computare pro magno lucro. Sic Horat. Carm. I, od. 9, v. 13:

> Quid sit futurum cras fuge quaerere;
> Quem sors dierumcumque dabit, lucro
> Appone.

Ex hisce locis Livium correxerat Sigonius ad lib. XL,

c. 8. *Quadriennium*. ergo ab initio belli civ. Pompeiani, quando Caesar Rubiconem transiit Idib. Ian. A. V. C. DCCIV; Caes. Bell. civ. I, 11: et Cic. ep. CCCI, CCCV et seqq.

5 Alludit ad Catonem, de quo iam in ep. CDLI, ut saepius alias. Pro *si qui* alii *si quis*.

6 Lamb et Gotof. *hic*; refertur enim ad agrum: sed si vera est lectio *hoc*, subaudiendum est praedium. *Non longe abest* etc. significat: quum agros illos metiantur, ut dividant militibus, periculum est, ne de meo Tusculano idem fiat.

7 Sic vett. libri plerique. Alii *quum* vel *quoniam*, et mox *idem quod phil.*; quod placebat Graevio, qui cum Victorio antiquam lectionem vocat.

8 Nempe Caesarem.

9 Eadem ratione Caesarem excusat ep. CDLVIII: *Multa victori eorum arbitrio, per quos vicit, facienda sunt.* Manut.

10 Tres nostri aliique rite *non modo non me*; conf. epp. LXXXVIII init.; CXLVIII, 4 init. et alibi.

11 Melius noster 15 *non scripsi*. Mox msti aliquot cum Lamb. *non quod*, ut epp. CLXXV et DXXXVII.

12 De agris dividundis. *Manut.*

13 Ergo timebat suis agris Paetus, quamquam apud Caesarem gratiosus; ut epp. CDLXXIII, 2 et CCXLVI, 2. *Idem.*

CDLVI.

1 Ludit in voce *mala*, quae et poma significat et maledicta. Miserat Paetus Ciceroni poma: ideo Cicero se *donatum pomis* scribit: quia vero et lacessitum se maledictis a Paeto dicere volebat, et *donari maledictis* non

dicitur; ideo usus est verbo quod utrique rei accommodatum est, *malis oneratum*. Addit *ut scurram*, quia apposita secunda mensa scurris et parasitis accidere solebat in locupletiorum conviviis, ut et pomis et maledictis onerarentur: sed id fiebat in primis quum parasitus erat impudentior, et dicta saepius iacebat in convivas. Et quia dicitur *iacere dicta* tamquam tela et iacula, hinc *velitari* et *velitatio* in dicteriis iaciendis, ut apud Gellium (VI, 11): *Neque in maledictis apud impudentes et improbos velitandum.* Quia vero, ut ait Festus, *velitatio dicta est ultro citroque probrorum obiectio ab exemplo velitaris pugnae*; propterea eleganter dicit se tamquam velitem scurram, hoc est, qui ultro et crebrius impudentiusque maledictis velitatus sit adversus Paetum: id autem non moleste tulisse, quod aequum sit, ut est apud Phaedrum, sua exempla aequo animo pati. Ingeniosam hanc explanationem ex Ernestio hausimus, cui I. F. Gronovius consentit. Male autem Manutius et Al. Sym. Mazochius in Tabb. Her. p. 238. Amb. *ut scurram vel malis ita oneratum esse*; 7 et 13 *male* pro *malis*; alii aliter variant.

2 Neapolim; supra ep. CDLIV.

3 Diutius enim quam solent hospites, apud te mansissem. *Manut.* Nam *hospes* est qui biduo vel triduo hospitatur; contubernalis qui menses plures.

4 Saturare, et, ut diximus ad ep. CDL, 2, not. 51, replere ita, ut nihil amplius possit comedere. Sic *confici senio, macie, lacrymis*; vidit Graevius.

5 Quasi nihil gustassem in promulside, iuxta ieiunus et esuriens aggredior caput cenae. *I. F. Gronov.* Ovum erat cenarum caput, sive initium; sed tamen post promulsidem; Horat. I, sat. III, 1, 6:

Si collibuisset ab ovo,
Vsque ad mala citaret (iteraret).

Vnus Amb. 11 *refero.*

6 Nec minus strenue ad carnes assas accedo. *I. F. Gronov.* Assa caro igitur, perinde ac hodie, inter ultima fercula apponi solebat. Pro *vitulinum* Ambb. praeter duos aliique *vitellinum.* Guarinus, puto, in 14 corrigit: *Itaque ad assum vitellum opera illa mea perducitur, quam solebas antea laudare: O. h. f. o. h. n. gr. Omnem.* Est vero hic *itaque* pro *et ita.* Aliqui tantum *ita.* Pro *perducitur* alii *producitur.*

7 Temperantiae praeconia. *Min.-Ell.* Quae scil. sequuntur *facilem*, in laudando, *non gravem*, quovis cibo contentum.

8 Meditationem causarum in foro postea pertractandarum.

9 Quia Academiae studebat Cicero (ep. DCLIX), et magna Epicuro cum Academicis de summo bono controversia erat. Tamen *in eius castra coniecimus*, idest, ad agendam Epicureorum vitam lautam voluptuosamque transii. Ita et Seneca, ep. II: *Hodiernum hoc est quod apud Epicurum nactus sum. Soleo enim et in alia castra transire, non tamquam transfuga, sed tamquam explorator.*

10 Id est, non ad huius saeculi insolentiam et nimios sumtus in cenas conferam, sed etc. Sic Phil. IX: *Magnifice — Ser. Sulpicius maiorum continentiam diligebat, huius saeculi insolentiam vituperabat.* Mox tres Ambb. *sed illam.*

11 Quum sic abundabas fortunis, ut sumtibus ferendis par esses, ut explicat Graevius. Noster 15 *quum me in sumtum habeas*; 13 cum Lamb. *quam in sumtus habebas*; al. *quum mecum sumtum*, vel *sumtus h.*

12 Scilicet quia multa acceperat per aestimationem Paetus

a suis debitoribus aliter solvendo imparibus. Conf. ep. CDL, 2. Amb. duo cum aliis *proelia h.*; quod haud scio an seq. sententiae congruere possit.

13 Qui aliquam peritiam in arte coquinaria iam adeptus; idem quod infra: *Nos iam artis tantum habemus.*

14 Tarde discentes, scilicet modum laute cenandi. Seipsum significat, qui Hirtium et Dolabellam cenandi magistros habuit; ep. CDL, 2. *Insolentes* vero ut discentes in literarum ostentatione sunt protervi (Gell. XV, 30); sic qui edacitatem affectant. *Cort.*

15 Alii cibi apponendi sunt, quam quos in sportulis apponere soles, artolaganos, panes mellitos, placentarum instar. *I. F. Gronov.* Aliqui vett. *deducendae.* Noster 7 *sportulae*: aliquot *artolagini* vel *artolagyni.*

16 In arte scilicet coquinaria tantum profecimus. *Schütz.* Vetustiores codd. apud Victorium *ex artis*; unde ille correxit *et artis.* Graevius et Ernestius deleverunt *et*; Corradus legebat *ex te artis.* Nostri aliique libri vett. *vel ex arcis*, hoc est ex arca; quod Lamb. recepit; et unus 13 cum ed. Med. *ex arte.*

17 Occurrit etiam ep. CDLXXIV, et eumdem esse puto ac Verrium Flaccum iuris pontificii peritum, de quo Macrobius, sat. I, 15. *Vocare* ad cenam.

18 Qui erat adeo in luxuriae Romanorum deliciis, postquam Hortensius primus cibi gratia pavonem occidit, ut sine pavone apud eos cena lautior et sumtuosior non appareretur. Plin. X, c. 20; Stuck. Antiq. conviv. II, c. 8. Ideo ep. CDLI ait: *Plures pavones confeci, quam tu pullos columbinos.* Alii aliter interpungunt *sine pavone tamen: in ea cena* etc. Sed nobis cum ceteris videtur adversativam *tamen* antithesin constituere posse praeced. *Nos iam artis tantum habemus.*

19 Ex Hirtii coquo.

20 Caesarianos, et opponitur τῷ *bonos viros: tristes* propter eorum, scil. Pompeiana causa perdita. Mox cod. Zel. A *perhumaniter.*

21 Refertur ad ludum quem Cicero instituit ep. CDLI. *Audiant* dedit Ernestius ex ed. Rom.; melius certe quam vulgatum *audiunt*; nam est pro *ut me audiant*; an verius, nescio.

22 Aegrotante. *Manut.*

23 Nonius Marcellus adnotavit *comedim* hic esse legendum pro *comedam*; quomodo Plautus quoque in Bacchid. IV, 4, 91:

Quod dem scortis, quodque in lustris comedim congreget pater.

Io. Rivius. Comedim habent Medicaeus et Petrarchae liber; at nostri omnes aliique *comedam.*

CDLVII.

1 Amb. 3 *Si tamen c. s.*

2 Nomen proprium loci inter ostia Vulturni et Linterni iuxta littus in Campania. Columella VIII, 2.

3 Vnus Amb. aliique apud Graev. et Schütz. *institui.*

4 Tamquam aegrotum, in quos proprie illud officium convenit, et plus hinc apparet significare quam *videre.* Alii *visitare.* Cort.

5 Articulis ita laborantem, ut cenam apparare non possit. *Manut.* Sunt qui putant hoc literis graecis exaratum fuisse in antiquioribus codd. ut revera est in ed. Rom. Nostri aliquot aliique *artetricum* vel *arteticum.*

CDLVIII.

1 Amb. 2 alique *Ad diem VIII Kal.*; alius 12 *ad diem IX Kal. Iunias*; alii quidam *VIII Kal. Iunias* vel *Iulias*; quod postremum minime verum est credibile; nam semper alias in Cicerone is mensis veteri appellatione dicitur Quintilis.

2 Alii olim *faciam te ante cert.*; aliqui *te* omittunt.

3 Haec delevit Graevius auctore ms. Pal. et suo optimo, quod non haberent commodum sensum, iudice Manutio, nempe quia non consentirent ultimis: *me hoc biduo aut triduo exspecta.* Sed haec me non movent. Sensus est: opto ut tu bene valeas quamdiu in his locis erimus, ut frequenter una esse et frui consuetudine nostra possimus. Ratio est quia posthac longo tempore non dabitur facultas talis consuetudinis nostrae. Ei rei non repugnant ultima. *Ernest.* Haec etiam a duobus Ambb. absunt.

4 Bene I. Fr. Gronovius eos refellit, qui *constitutum cum podagra* putant esse propositum de podagra curanda. Qui enim cupit aliquem valere quomodo auctor est illi in morbo curationis differendae? Iocatur hic suo more Cicero. *Anonym.* Hic ergo facete videtur significare: si convenisti, si pactionem fecisti cum podagra, ut aliquantulum cesset, atque ab ea liber esse possis; fac ut ea cessatio ulterius protrahatur. Msti *si quid const.* diserte vel ambigue compendio *qd*, ut *quod* aut *quid* aeque legi possit, quo altero in casu *constitutum* participium est, non substantivum, ut contra cum *quod*, ut animadvertit Ernestius.

5 Acute Schützius putavit haec nonnisi superfluam repetitionem, et frigidam interpretationem sententiae praecedentis; sed nimis audacter delevit.

CDLIX.

1 Corradus et Mongalt. explanant in Cumano, qua ei vicinus erat Philippus; ep. DCLII.

2 Quae perierunt.

3 Sic per iocum designat L. Marcium Philippum (ep. DXXXII); quemadmodum Demosthenes Philippum regem Macedoniae per contemtum appellabat *Amyntae filium*. Sed Cicero fortasse per notam sic obscure illum indicavit, ne Caesaris affinem aperte offenderet.

4 Hoc est a Bosio ex Decurtato. Manutius et Lamb. ο (alii ῶ) ἀπεραντολογίαν δοὺς; quod aeque aptum, et sensum magis connectit, nempe qui infinitum sermonem dedit, quo me interpellavit. Idem Lamb. ex vestigiis cod. Torn. coniecit etiam ἀπεραντολογίαν ἔχους.

5 Quae hic sunt. *Corrad.* Aliqui vett. *cum his r. o.* Helmst. *nuntiis rebus omnibus*; al. tantum *his r. o.* Ms. Iunii *Tamen his r. o.*, nempe suavior est mihi conspectus tuus, ut ipse explanat, in quo aposiopesin esse putat.

CDLX.

1 Attici servo vel liberto nuper mortuo. *Schütz.*

2 Idipsum Sulpicius Ciceroni filiolae mortem lamentanti obiicit ep. DLVII, 4: *Nullus dolor est, quem non longinquitas temporis minuat ac molliat. Hoc te exspectare tempus, ac non ei rei sapientia tua te occurrere, tibi turpe est.*

3 Alterum Attici libertum. Quare eum vocet *Tyronis imaginem*, vide ad ep. CCXXVIII, 4.

4 Quirinalis, in qua tua domus est. Si quid habet, inquit, ἐπιδήμιον, idest si morbi epidemici grassentur (hoc enim

timendum erat, quum eodem tempore et Athamas periisset, et Alexis aegrotaret), transferamus Alexin domum meam, cuius pars superior vacua est. Sic fere Manut.

5 Quum in vett. plerisque scriptum esset *testamento*, Corradus exponebat Tironis manumissi. Manutius vero mendum suspicatus coniiciebat *Thullameto*, qui erat item Attici servus. Bosius denique correxit *Tisameno* ex Decurt. Tornaes. et Crusellino.

CDLXI.

1 Idest peculiari, singulari; ep. CCCXCI, not. 6. Mox Lamb. et ed. Rom. *apud nos*.

2 Accipio non masculino genere, ut intelligatur *dolorem*, quod vult Manutius; sed neutro, ut sit *aliquid mei moris*. Plaut. Trin. III, 2, 5: *Neque meum est, neque facere didici*. Bacch. V, 2, 34: *Tu tuum facito; ego quod dixi haud mutabo*. I. F. Gronov.

3 Quatordecim annis ante, quum esset consul. Id clarissime ostendit ep. CCCLXII, 1: *eaque ipsa tempestate eversam esse remp.* (cogitavi), *quam ego XIV annis ante prospexerim*. Manut.

4 Quum proconsul in Ciliciam profectus A. V. C. DCCII, prid. Kal. Sext.; epp. CCXIX et CCXXXVIII. Ms. aliqui *permagnam partem*.

5 *Praedicendo* hic locum habere non posse, facile assentiaris animum si recte advertas. Non vereor ne errem si rescribam *praecidendo*. Praecidere bellum eadem elegantia dicitur qua praecidere amicitiam. Saepius Cicero hoc verbo eadem potestate usus est. *Heumann*. Ineptius vero Pal. quart. *praedicando*.

6 Quinque codd. vett. *sentirent*. Tum alius pro *meminissent* habet *imminerent*.

7 Lamb. aliique *et aliquid addunt.*

8 Pompeium, Domitium, Scipionem et Catonem. *Consilium non secuti*, ne agentes de successore ante tempus mittendo (ep. CCCLXV), Caesarem irritarent. *Corrad.* Codd. vett. aliqui *sint secuti*, quod Benedictus recepit post Bengelium.

9 Parietum ruinae et rudera aedium. Cicero metaphorice ad ruinam reipublicae transtulit, et *quasi* praeposuit veritus ne paullo durior translatio videretur. Ambb. 3 et 7 cum Zel. A et Rec., item edd. Rom. et Iens. perpetuis. Alius 12 *parricidiis*, 14 *perditione;* alii aliter corrupte.

10 Caesar Sulpicium plurimi faciebat (ep. CCCLXV), qui ei adhaesit in bello civili, quemque post aciem Pharsalicam Achaiae praefectum reliquit; ep. CDLXIX.

11 Sic recepi cum Graev. et Oliv. aliisque, quod habent Ambb. et alii plerique libri vett. Ceteri *ut quidem*, vel *et ut equidem*; Iens. *ut equidem sentio:* sed mallem *sed ut.* Tum aliqui utrobique legunt *neque.*

12 Sic lubet edere cum Lamb. Martyni-Lag. et Oliv., ut est in duobus Ambb. 2 et 15 aliisque: nam ita sensus et forma requirunt, et repetitio τȣ *ego* prox. praeced. Aliis abest *ipse.*

13 Servius Sulpicius ab ineunte adolescentia Ciceroni familiaris fuit, quum primum Rhodi studiis simul operam navarent. De eius scientia iuris sermo est etiam de Off. II: *vir administrandae reip. peritissimus.* Duo Ambb. ex emendatione *adiecisti*; unus 7 *dedidisti.* Supra ms. quidam *scientia* vel *sapientia.*

14 Oratoriae. *Corrad.* Paullo ante Mart.-Lag. *quod sperem*; praeter necessitatem.

15 Bene sic Ernestius post Lamb. aliosque pro vulgato *viderem*, cui male respondet *postea quam.*

16 Iuris civilis et pontificii. *Corrad.*

17 Philosophicis. *Idem.*

18 Filius; epp. CLXXXVII, 1 et CCCLX. Mox Oliv. et Schütz. post. Beng. et Bened. ex aliquibus mss. *in qua*, quod ego quidem non receperim.

CDLXII.

1 P. Filio, qui et Vacia cognominabatur, ille qui consul fuerat cum Caesare A. V. C. DCCV, et collega erat Ciceronis et eiusdem Caesaris in auguratu. *Proconsul* vero in Asia.

2 Verba haec *idest* etc. Ernestius insititia putabat, cui non assentior. Nam Cicero ipse hoc addere debuit, ut verba de re publ. quo sensu accipienda essent, Servilius sciret. *Schützius.* Collaudat I. V. Cler.: sed forte melius tres nostri, Zel. A, Rec. cum edd. Rom. Iens. aliique codd. apud Graev. *de re publ. et, de statu provinciae*; immo libri Lambiniani sine copula *et.*

3 Lamb. cum aliquibus mss. de *rep. summa*; cui assentiunt Graev. et Frid. Gronov., qui etiam explanant: de universo statu imperii Romani quid mihi videatur.

4 In auguratu (ut supra, not. 1): quamquam enim pontifex maximus fuerit, tamen etiam augur. Philipp. II, 35. *Cellar.* Paullo post unus Amb. *cuius cons. magis referebat.*

CDLXIII.

1 Codd. plurimi *ulla*; sed minus recte.

2 Vnam speciem epistolarum: nam *species* est pars generis, et *pars* aliquando pro specie adhibetur ab ipso Cicerone, Inv. I, 22.

3 Ms. quidam apud Graevium *tale tibi scr. p. aut animo cogitare.*

4 Hoc est, qui debebam aliquod auxilium tibi promittere. Gronovio et Graevio ex mss. placebat *in quo debeat*; sed minime necessarium est quicquam immutare.

5 Ambb. omnes aliique plures *quid.*

6 Alii quidam *afflictus*; unus Amb. *abiectis*, ita ut seq. *opibus* respondeat.

7 Malam fortunam tolerabam. *Cort.* Schütz., auctore nescio quo, *casus sust. meos.*

8 Ms. quidam cum Lamb. *perculit*; alii *pepulerit* vel *pepulerat.* Codd. Dresd. 2, 4 *privatam p.*

9 Codd. aliqui vett. *nihil eis*; duo Amb. aliique cum Rec. *nihil minus*; Rec. addit *eis cur conf.* Mox edd. vett. aliquae *ut hoc ipsum.*

10 Qui perierunt vide ad ep. CDLI, not. 7. Alii vero post Pharsalicum proelium in Achaiam, alii in Africam, alii, ut Marcellus, Mitylenas (ep. seq.) fugierunt.

11 Praesertim contra Catilinae coniurationem. Sic Plutarch. in Opusc. Ἐι πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον: *Cicero ipse fatetur, saluberrima et maxima consilia, quibus recte consulatum gerens patriam servavit, cum P. Nigidio philosopho communicasse.*

12 Aliqui addunt *id ipsum*; alii *sed ipsum* pro *etiam*; alii utrumque; alii *sed etiam ipse v.*, ut cod. Lips. Amst., et recepit Benedictus.

13 Ipsam Catilinariam coniurationem. Schütz. *incendium illud*, post Mart.-Lag., qui mox edidit *in ea nunc urbe*. Tum illa *nos olim* in plerisque Ambb. absunt; ceteri cum ed. Rom. *non solum*; unus cum Pal. Sext. *non olim.*

14 Schütz aliique *mihi ipsi*, fortasse melius, quum casus rectus iam superius exprimatur: sed tamen utrumque usitatum, et eodem redit.

15 Apud omnes. Ms. Grut. et Pal. prim. *proxima quadam gratia.* Mox vulgo *et mihi certe*: sed τὸ *et* recte delevit Ernestius auctoritate msti. Sic ep. DXVI, 3: *studio quidem certe.* Paullo post idem Pal. prim. et Vatic. *possim.*

16 Supple *te*, sine quo Ernestius iam questus est durum nimis esse, quodque nimirum habet Lamb. *ut te consoler.*

17 Exquisitam fuisse doctrinam in P. Nigidio Figulo testatur Gell. (XIX, 4), dum hunc et Varronem *doctrinarum culmina* appellat; et Macrob. (Sat. III) *maximum rerum naturalium indagatorem.* Prae ceteris vero idem Cicero illum splendide laudat in Prooem. de Vniv. Vide Manut. Ianus Rutgerius fragmenta librorum, quos magno numero composuit, tum Graecos tum Latinos collegit, Var. Lect. 6, III, c. 16.

18 Quia diligenter attente observo quid hic agatur, quomodo res se habeant, sive gerantur. Mart.-Lag. dedit *talia curo attendoque*, qua auctoritate, nescio.

19 Est in tribus Ambb. *non semper fore* vel *semp. non f.*; quod iam Lamb. vidit in aliis, estque in ed. Med. Quod si quis probet, ait Schütziius, Ciceronem divinare intelligat, statum hunc reip. sub dominatione Caesaris non semper futurum. At consideret etiam, in huiusmodi rebus Ciceronem de more semper tristia ominare; et si admittatur *non*, evanescere antithesin, quae hic necessaria videtur.

20 Caesaris scilicet. Sic eum designat etiam in ep. DCCVII ante fin. *Primum* respondet infra sequentibus: *Familiares vero eius.* Pro *ipsius* cod. Amb. 7 *eius.* Tum mss. Grut. aliique *prospicere.*

21 Pompeianis illis, qui post pugnam Pharsalicam bellum in Africa renovarunt; ep. CDLXV. *Respondere tristius*, idest veniam precantibus negare, ut explanat Manut.

22 Aliqui olim *quoscumque viros h.* Mox Lallem. e mss. regiis, quibus consentiunt Ambb. duo, *a quibus tenetur.* Neque necessaria est praepositio, quum casu tertio more Graeco aeque bene dicatur.

23 Aliqui olim *prius om.*

24 Lamb. aliique *amplectar*; alii *complector.*

25 Idem Lamb. *me insinuabo*, nempe quia fortasse durior ellipsis ei visa est, et mendosus locus; sed eos qui sic opinantur, optime refellit Manutius, quem vide. Mox idem Lamb. cum aliis *perveniri p.*

26 Amb. 7 *malim meum esse*, ut edidit Martyni-Laguna.

27 Rebus sive fortunis, et significat cito in patriam restitutum iri Figulum, et recuperaturum bona. Ambb. omnes aliique libri vett. *te esse*; quod etiam edidit Schützius: et sane *te* praecedens regitur a *sperare*, hoc alterum vero *visurum* rite postulat.

28 Sic Victorius aliique posterr. Ambb. omnes aliique mss. et edd. vett. *horter et obsecrem.* Mox mss. alii *studioque reperisti;* alii *peperisti.*

29 Persecutionis Clodianae, et exsilii.

CDLXIV.

1 Aliqui vett. *qui cons. m. atque o.;* Schütz. *optime atque m.*

2 Vtpote qui vel bellum lente gerendum censebat (ep. CDLII), ut explanat Corradus; vel exprobrabat Pompeio, quod Picenum totum, quod urbem, quod Italiam totam Caesari reliquisset, nec ea defenderit (epp. CCCVII, 2; CCCX, 1 et CCCXXXI), ut rectius opinatur Manutius.

3 Neque magnas, neque bellicosas. *Cort.* Vid. ep. CDLII.

4 Ex tyronibus magna ex parte collectum; epp. CCCXXII, CCCXXXVI et CD. *Manut.* Lamb. utrobique *neque — neque.*

5 Duo Ambb. cum Rec. *distinctos*.

6 Vid. epp. CDLVI, CDXXXVIII, CDX init., CDVIII, 2 et CDV, 2. Magna hic varietas occurrit in libris vett. Alii, ut Ambb., *ii qui:* alii *hi se;* alii *hique qui:* alii *iique:* alii denique, ut Lamb., *ut ii qui in Afr. se cont.*

7 Ambb. omnes cum Rec. et ed. Rom. *se victos esse crediderunt:* quam lectionem aliqui receperunt. Mart.-Lag. vero *victori se se tradiderunt.*

8 Significat se de restitutione Marcelli nihil dubitare, dummodo Marcellus illud beneficium a Caesare accipere velit. Supra duo Ambb. cum Rec. *afferat — veretur.*

9 Schützius de sententia Ernestii *sed tametsi*, quod est et in Varr. lect., et ego quoque probarem si sequeretur *constitueris*, aut esset *tamen etsi*, ut alias.

10 Qualiscumque status esset reip. Hoc defendunt Victorius, I. F. Gronov., estque pro *cuiusmodi*, *cuiuscumque modi*. ut *alimodi* pro *aliusmodi*. *alterutrius* pro *alterius utrius*. Ambb. omnes cum vulgo *cuiusmodi res esset:* unus *mores esset*. Lamb. *cuius cuius modi r. e.*

11 Vnus Amb. *disponi volumus*; alius *dissipari noluimus*.

12 Lamb. aliique *pateretur:* Amb. duo *patitur*.

13 Caesarianos quosdam insigni audacia, et fortasse egentes designat.

14 Codd. aliqui, ut Scaels. Rec., *hoc te u.;* Lamb. *pro te u.*

15 Scil. ad Caesarem. Ed. Rom. *precibus apud Caesarem tard.* Supra Scaels. aliique *cura et labore.*

16 Dolabellae, Hirtii (ep. CDLI), Balbi, Oppii (ep. CDXIV), aliorumque. Lamb. aliique *deprecatore*.

17 Scilicet in consilium, et cetera quae praecedunt; conf. ad ep. DCCLXXVIII init. Hoc est, tui reliqui, praeter fratrem, nos de tua restitutione non consulunt. Vid. Manut. Supra vett. aliqui *M. non defuimus.*

CDLXV.

1 Tristi, calamitoso: nam exsulabat Ligarius, quod in Africa Pompeianis in partibus fuisset. Vide Orat. pro Ligario.

2 Lamb. aliique *feci:* quod habent Ambb. aliquot, partim e correctione; alii corrupte *fecerim.*

3 Schützius cum Martyni-Lag. emendavit *quin sententiam tibi et voluntatem*, nulla neque necessitate postulante, neque auctoritate suadente.

4 Qui fuerunt contra Caesarem in Africa. Paullo supra in cod. Peck. abest *etiam*, cuius tamen vicem gerit *et.*

5 De Pompeianis in Africa devictis. *Manut.* Vid. ad ep. CDXXXVIII.

6 Duobus Ligariis, quorum alter Titus (ep. DCXXVII) dicebatur, alterius praenomen ignoratur. Duos pariter Ligarios proscriptos nominat Appianus, Bell. civ. IV. c. 22.

7 Nostri fere omnes aliique *et virtute et pietate*, duo reliqui *ex virtute et pietate:* quod aliqui receperunt. Mox mss. aliqui cum Lamb. *salutis tuae cura.*

8 Alii ex mss. *Et si t. f.* Mart.-Lag. *etsi fit t.*

9 Vid. ep. CDLXIII, 2, not. 21.

10 Graevii mstus *fore.*

11 Aliqui *affirmare.*

12 Sic omnes Ambb. cum Ernestio et posterr. Vulgo *Quum quid.*

13 Sic Lamb. Ernest. Mart.-Lag. Schütz. et I. V. Cler.: nam pendet a futuro *declarabo.* Vulgo *quid vellem — re potius declarabo quam oratione:* quod itidem, ut edimus, correxerunt Mart.-Lag. et Ernest. ex ms. Gu. 2.

14 Quum in libro ms. apud Vrsinum legatur *non esses*, coniecit legi eleganter posse *nae tu* etc. Supra vero Ernestius coniiciebat *quod si.* Schütz. omisit *et*, ac periodum absolute inchoat. Lamb. *et vero si t. p.*

15 Eadem calamitas, scil. bellum civile, utrumque nostrum percussit.

16 Quod gratiae mihi superest. Amb. 15 *reliquum gratiae.* Mox Schützio videtur delendum *gratia* eo quod inculcatur ab anteced.

17 Revocavi lectionem vulgatam antiquam omnium fere vett. librorum, quam bene defendit Graevius, quicquid alii dicant. Alii *non modo nunc secunda*, quae quidem non repugnat sensui, sed altera melius congruit.

CDLXVI.

1 Aut hyperbolice accipiendum, aut pro *singularem*, aut pro *in paucis.* Ita Victor. Graev. et recentiores ediderunt; etsi Manut. Lamb. aliique vett. receperint *virumque fort.*, quod nostri omnes praeter unum habent et aliorum plurimi, nescio quam bene coniunctum τῷ *hominem*, et repetitum a prox. praeced. *virum.* Idem Lamb. *neque confirmare*, ut supra.

2 Io. Rivius ait esse in msto exemplari *o. d. tua causa, quae possum:* et hoc receperunt Manut. Lamb. aliique, et ex recentioribus Oliv.; et sane in vulgata sensus constare non potest, nisi ea verba subaudias. Ipse Lamb. supra *et ad omnia:* quod aeque verum esse potest. Mox idem cod. apud Rivium *sed ea etiam quae p.;* quod sane hic melius et magis euphonicum quam *quoque;* peius vero vulgo *sed ea quoque etiam quae non possim*, alii *possum.* Vide Graev. Denique *putem* recepi ex Ambb. aliquot, Zel. A et Rec. aliisque apud Ernestium, pro vulgato inverisimili *putent;* nam, ut iam idem Ernest. vidit, Marcelli uxor, liberi etc. non poterant putare, Ciceronem ea debere praestare quae non posset. Ciceronis hoc est cogitare se plura debere quam possit.

3 Lamb. *tu me vel mon.* Amb. 2 *vultu me m.;* alii vero corrupte *multum.*

4 Qui in patriam me recepi; ad ep. CCCXCVIII, 1. Mox Lamb. aliique *in animum inducas.*

5 Amb. 15 cum Lamb. *iudicio omnium.*

6 Libri vett. aliquot *qui;* aeque recte; nam ad *locum* referri potest.

7 Scilicet Caesar.

8 Sic multi Ambb. cum Lamb. aliisque vett. Vulgo *dignitates;* insolenter et male respondens τῷ *nobilitatem.*

9 Lamb. et vetustiores edd. hoc non habent, legentes me *tuum fore c. t.*

10 Si amici et necessarii tui non deficient. Et revera derelictum esse ab illis, apparet ex ep. CDLXXX: *In summa paucitate amicorum, propinquorum ac necessariorum, qui vere meae saluti faverent, te cupidissimum mei — cognovi.*

CDLXVII.

1 Quis fuerit hic Gallus, non certe constat. Sic simpliciter a Graevio inscribitur ut omnes nostri praeter unum 7, qui ut vulgo *Fabio Gallo.* Sed M. F. Gallus, ad quem sunt epp. DCXXXV et DCXXXIX, esse non potest; nam ea de tribunatu plebis, de impudenti rogatione illi non conveniunt. Manutius opinatur esse P. Sextium pro quo exstat oratio (Pro Mil. 31). Esse T. Fadium Gallum Ciceronis consulis quaestorem (Orat. post red. in Senat.), et tribunum pl. an. DCXCV officiosissimum in Ciceronem (ep. LXIX) contendit Pighius (an. Rom. DCXCV). Etsi genti Fadiae cognomen illud fuisse non probat; cetera tamen Fadio conveniunt, sed minime P. Sextio, qui quaestor quidem fuit Cicerone consule, sed

eius quaestor non fuit, cumque Caesare victore, post bellum mox restitutum, Ciceroni semper amicissimum fuisse constat, scens ac alter, ut e contextu epistolae.

2 Putant viri docti verba haec fuisse Galli ex sua epistola quadam ad Ciceronem. Nam quum ille acerbiores dedisset ad eum literas, beneficia sua improperans, quod quaestor eum observasset, consulem scilicet sectatus esset honoris causa, et suffragando iuvasset, et quod de coniuratione Catilinaria detexisset multa, quodque tribunatum pl. petiisset Ciceronis exsulantis causa; qui rursus amici benemeriti salutem (ep. CLXXIX) negligeret; Cicero stomacabunde iratus respondet reprehendens eius improbitatem in culpando, quum ob sortis quaestoriae coniunctionem (epp. CCLXII et CDXXXVII) observare ipsum parentis loco deberet. I. Fr. Gronovio videtur Tullium verba haec alio sensu Gallo reddere: nam quum hic obiiciat Ciceroni cultum et officia ei praestita, Cicero illi verba retorquet, nempe se intentum in eum fuisse, ac eius actiones explorasse, ne quaestor quid de pecunia publica suffuraretur. Lamb. *ego enim te* (*inquis*) *in c. o.*, unus Amb. *conservarum*, ut nimirum coniiciebat Corradus.

3 Ab exsilio, Manutius explanat, sed de Sextio intelligit, ut supra. Verum hic interpretari potest de restitutione honoris, magistratus.

4 Antique pro *plebis*, quod habent alii. Vide Drakenb. ad Livium II, 43; Gell. VII, 19. *Mea causa petisse*, ut me ab exsilio restitueres.

5 Nam qui tribunus est, ipse habet ius intercedendi. *Manut.* Non rogares ut ego pro te apud Caesarem intercederem. *I. F. Gronov.* Omnes interpp. conveniunt, iocum esse in ambiguo.

6 Sic probatissimi codd. et edd. vett. cum ipso Lamb. Ali-

qui *pudenter*, quod placet I. V. Clerico. Mox pro *fortiter* Amb 15 *audacter*.

7 Acerborum salium iocandi cum morsu, pungendi, specie urbanitatis. *I. F. Gronov.*

8 Mei causa. *Corrad.*

9 Catilinae coniuratione oppressa, vidit Manutius. *Tibi liberum,* intellige in scribendo.

10 Pighius de coniuratione Catilinaria hoc dictum accipit; Manutius de consiliis C. Antonii a P. Sextio Ciceroni patefactis; pro Sext. c. 3. Mox Lamb. aliique *sin vera*.

CDLXVIII.

1 Tres Ambb. aliique vett. libri *nuncio*.

2 Lamb. e msto dedit *te de rebus*: et sane praepositio, quam alii abundare arbitrantur, mss. quoque servant, teste Lallem. Quidam *iisdem de rebus,* sine pronomine *te,* quod hic necessarium esse nemo non videt. *Alii iisdem etiam de rebus.*

3 Et hic refellere omnia nititur, quae reditum in patriam dissuadere Marcello videbantur, quemadmodum superioribus epp. CDLXIV et CDLXVI. Mox vetus cod. Silberi *nolles*.

4 Non te decet, vel non est in tua potestate, moveri et laborare solo oculorum sensu, hoc est, moveri et perturbari solum iis rebus quae videntur. *Solum* redundat, et abest in nostro 14, additum tamen a 2 manu.

5 Nec te decet minus laborare quum illud, quod videre non vis, auribus percipias; id quod moris videri solet. Vid. ad ep. DXVII init. Aliqui delent *idem*.

6 Haec verba Runkenius ad Velleium Paterculum II: 141 optimo iure ut insititia damnavit; ideoque Schütziu

omnino sustulit: nos vero tantum seclusimus, quia omnes vett. libri sic habent.

7 Vt dicendum sit aliquid, quod non sentias, aut faciendum quod non probes. *Corrad.*

8 Lamb. *ne suo quidem sed suorum;* quod verius esse possit si in sequenti sententia: *Quod non m. s. f.* abesset negatio *non*, ut in vet. cod. apud Corradum. Nam videtur dicere: Caesar suorum consilia recipit; at contra Pompeius, quum incertis rebus nostra consilia negligeret ac sperneret, multo magis in victoria despiceret. Lambinianae transpositioni favent illa etiam quae sequuntur: *Multa victori eorum arbitrio, per quos vicit, facienda sunt.*

9 Sic recte Ambb. fere omnes aliique cod. vett., ex quibus iam recepit Bengelius, probantibus Victorio, Lamb. et Graevio, et nuper Schützio, pro vulg. *coniunctura esse periculum suo cerneret;* quod Manutius aliique secuti sunt. Oliv. *quum o. n. c. esset p. suo, certorum;* Ambb. tres cum Rec. *et ceterorum,* quod recepit Ernest.

10 Idest comem, urbanum, qui nihil singulare ac praecipuum sibi tribuit prae aliis, qui non supra alios cives se extollit, qui est popularis, modestus, patiens iuris legumque communium, qui non suo in omnibus utitur consilio, sed et aliorum civium hominumve. Corn. Nepos in Attico 3: *Hic autem sic se gerebat, ut communis infimis, par principibus videretur.* Sic fere Graevius, apud quem plura vide huiusmodi exempla.

11 Sic sexto casu absoluto praetuli. Schützius *incertis in rebus;* quod et aliqui Ambb. aliique codd. habent; tres vero cum Zel. A, Rec. aliisque mss. et edd. vett. *ceteris in rebus,* vel etiam *reliquis in r.* vel *certis in rebus.*

12 Quando tibi consuli finem ponenti administrationi Caesaris in provinciis Gallicis Kal. Mart. restitit; ep. CCCXXVI, 2

13 Germano, scil. C. Marcello; ep. CCXVII et CDLXXX; qui consulatum gessit cum L. Lentulo Cruscello, vel, ut alii volunt, cum L. Paullo. *Ex auctoritate tua;* idest, qui sententiam tuam sequebatur.

14 Nostro consilio uti voluerit. Omnia suadent sic recipere, ut est in Ambb. pluribus, Rec. et edd. vett. aliquot, pro vulgato *vobis;* nam praeter quod sequitur *nostras sententias,* satis constat, Ciceronem saepe queri, suis consiliis Pompeium uti noluisse.

15 Acute Schützius correxit *hunc omnia t.;* respondet enim adamussim *superiorique in bello — eum censemus;* sed praeter necessitatem.

16 Impotens apud Ciceronem saepe est qui animi sui motus fraenare potis non est, incontinens, effraenis. Tusc. V, 7: *impotenti laetitia efferri.* Vide Phil. V, 9 et 16, atque ad ep. DCCC. Vnus tamen. Amb. aliique *impudentiores,* alius *impatientioresque;* al. *impudentioresque.*

17 Amb. 7 *at tu;* 15 *an tum.*

18 Scilicet Pompeianorum; epist. CDLII, et praecipue CCCXCVIII, 1.

19 Vltimo loco habere, minimi facere. *Cort.* Reipubl. eas posthabere.

20 Amb. 7 cum Rec. *Denique.*

21 Non cum Catone et Scipione profectus sis in Africam ad instaurandum bellum, sed secesseris Mitylenas. *Graev.*

22 Ad ep. CDXXXVIII.

23 Sic bene primus Victor. e codd. Medicaeo et Vatic. Nostri omnes et alii plerique corrupte *esse* vel *fuisse.*

24 Recte sic Mart.-Lag.; quod respondet antec. *duri* etc.: et *stulti sit* iam reperit Vrsinus in vetere libro. Vulgo *stultum est.*

25 Haec est conclusio, haec summa est. Schützius cum aliquibus mss. *caput illud est.*

26 Olim vulgo cum aliquibus mss. *gladiatorum*; inepte. Mox pro *externis* ms. aliqui *extremis*.

CDLXIX.

1 Iisdem verbis scriptas. *Graev.* Vid. ep. CDL init., not. 4.

2 Lamb. aliique *agnosco nec p.*

3 Tres Ambb. et ed. Rom. εἰρωνεύομαι; quibus consentit alius hoc verbum latine reddens *dissimulo*. Otiosa forte est correctio; nam eleganter participium solet usurpari. Supra ms. Graevii prim. ἐρανίτῃ.

4 Subtilitas in sententiis, elegantia in verbis; vid. in Brut. c. 42. *Manut.*

5 Achaiae administrandae curam a Caesare mandatam. *Idem.*

6 Putasti, te, quum ab urbe abesses, a molestiis etiam abfuturum. Vid. ad ep. CXIII. *Idem.*

7 Libri vett. aliquot, ut Pall. duo et ed. Rom., *praeclusa* vel *perclusa*, ut prim. Graevii.

8 Sic certe melius, ut est in Pal. 5. Mentel. et Amb. 14, licet in hoc postremo ex emend., quam vulg. *ut s. q.*: nam ita *miserrimus* et ad locum et ad personam opportune refertur, ut monuit I. F. Gronovius; de cuius sententia Lallem. et Oliv. ediderunt *et sibi quisque*. Hoc porro totum a mss. quibusdam, in aliis, ut Ambb. aliquot, *et* tantum abest.

9 Hoc praetuli cum Lamb. Schütz. aliisque ex mss. pluribus vulgato *doleat*. Aliqui *quod doleas — audeas.*

10 Una re meliori conditione sumus, quod etc. Sic vero edimus, ut optime coniecerat Ernestius, et edidit Schütz., pro vulgato *vicimus*. Nobis favent tres Ambb. aliique vett. codd. Noster 15 *uno te v. qui.*

11 In consulatu an. DCCII. *Salute*, scil. restitutione in patriam; epp. CDLXXX et DXXV.

12 Vnus Amb. *factum ex.:* alii mss. quidam *fas exist.*

13 Scilicet praeter restitutionem Marcelli. Supra vett. aliqui *coeptum sit.*

14 Qua in consulatu adversus Caesarem ipsum usus fuerat, atque in primis quum mittendum illi successorem censuit. *Corrad.* Vid. ep. sup. not. 12.

15 Victor. e mss. edidit *ne ominis q. causa,* quod defendit et confirmat exemplis Lamb., et I. F. Gronovius explanat: ne malum omen daret futuris actionibus, si quid senatui roganti negasset.

16 Ipsius M. Marcelli frater; vid. ad ep. CCXVII.

17 Scil. senatus, ut in aliquibus mss. additur, nimirum e glossa.

18 L. Volcatium Tullum, virum consularem. Nescio quare Schützius duos Lucios Tullos, et hunc a consulari diversum dicat.

19 Hoc est, se acturum Caesari gratias, ad pedesque eius supplicem accessurum in senatu. *Eo loco,* scil. ea dignitate viri consularis, vel publice in senatu coram omnibus. Lectionem hanc suppeditant Ambb. tres cum Rec. Vulgo *is enim si eo loco esset, negavit se facturum;* et verba illa *eo loco* interpretantur Manutius aliique: si Marcelli conditione vel statu esset. At neque ceteri erant loco Marcelli. Schützius, praeeunte Mart.-Lag., *is enim sic eo loco negavit se f.* Hic vero supra pro *hic dies,* dedit *is dies.*

20 Vide orationem pro M. Marcello.

21 Metuo, ne, quum in senatu loqui coeperim, idem posthac saepe cogar facere, ut Caesaris voluntati serviam. *Manut.* Duo Ambb. aliique *neque metuo.* Mox Lamb. aliique *unicum solatium.*

22 Idem Lamb. cum aliis *quando.*

23 Hoc est, etiam minus, quam modus permittit. *I. Fr. Gronov.* Ed. Rom. *infra m.* Amb. 3 cum Zel. A *ultra m.*

24 Hoc est, crescit et augetur, non, ut putant nonnulli, fit molestum. Facciolat. Aliqui addiderunt *ita* propter seq. *ut.*

25 Dabat in primis operam Servius filius philosophiae (ep. CDLXI extr.). *Manut.* Et a Cicerone, qui ludum aperuerat (ep. CDLI), docebatur.

26 Sic habent tres Ambb. et Rec., ut iam correxerat Ernestius e ms., Gu. et ed. Rom. Lamb. aliique vett. et Oliv. *nihil te*, vel *te nihil;* vulgo *te* abest.

27 Ambb. tres cum Rec. *nihil melius ipso est Caesare*, vel *nihil ipso melius est Caesare;* nimirum e glossa, quum *Caesar* proxime praecedat. Mox duo cum vulgo *ceteri et cetera;* insanis repetitio dum praecedit *de reliquis.*

28 Vid. ad ep. CDLXVIII, not. 4 et 5. Tum Ernest. post Victor. et Gebhard. *alterum utrum.*

CDLXX.

1 Aliqui olim *non vereor:* quod Lamb. improbavit. At sane non male respondet seq. *tamen vereor*, ut scilicet dicat, se non vereri ne alia sua officia desiderentur a Caecina, sed tantum de literis se excusare debere videatur, ut observat Camerar.

2 Significat Caecinam a partibus Pompeianis stetisse, ut et ipse, contra Caesarem. Ideo exsilio fortasse voluntario se ipsum mulctavit. Non vero inepta est lectio Lambini aliorumque *studiorum parium coniunct.* ex mss. depromta, ut nimirum habet et noster 13, quam et Manutius laudavit, quamque confirmare videntur Ambb. plures aliique legentes *studiorum partium c.*

3 Nonnulli, ut Amb. 15, addunt *non v.*, sensu recusante, ut putat Lallem. Mox unus 12 *ne lit. a me officia r.*

4 Sic optime correxit Egnatius e corruptis vett. libris habentibus *etiam pridem Esedi misissem*, vel *pridem dimisissem*, ut Ambb. aliqui.

5 Lamb. *Nunc autem.*

6 Edd. vett. et mss. aliquot *tempus argumentum*, vel *in argumentum ep. differetur*, vel *differet.*

7 Alii *imbecillum:* utrumque usitate; Ambb. duo vero aliique *imbecillimum.*

8 Ed. Rom. *amantissimi.*

9 Clodiana tempora significat (ep. XLVIII). Nec magis ipsum Clodium, quam Caesarem, Pompeium et Crassum tacite carpit. *Manut.* Sic tacite Schützius correxit, et diserte habet Amb. 2, ut volebat Ernestius. Vulgo *putarunt*, vel *putarant*, ut Lamb.

10 Negotiationis fortasse causa; confer epp. CDLXXVI et DVIII. *Manut.* Aliqui vett. *venerunt.*

11 Artis scil. divinandi, quam ab Etruscis Romani didicerunt. De Div. I, 2; Val. Max. I, 1. Ambb. fere omnes aliique vett. libri *vetustae*, vel *huiusce disc.* Graevius dedit *Tuscae.*

12 Scilicet historiis, traditionibus.

13 Exsilio, reditu et bello civili; vel fortuna modo secunda, modo adversa.

14 Aliqui olim *atqui*, vel *atquis.*

15 Idest, quae consiliis meis providerim, scil. operam dederim, ne acciderent. *Schütz.* Codd. aliqui *propterea* vel *postea providerim*, vel *praeviderim*, ut Lamb.; quod sequentibus non congruit.

16 Quae suaserit, ipse exponit Philipp. II, 10: *Vnum ne quinquennii imperium Caesari prorogaret; alterum ne pateretur ferri, ut absentis eius ratio haberetur. Quorum*

si utrumvis persuasissem, in has miserias numquam incidissemus. Manut. Mox *hic*, scil. Caesar; *princeps*, idest auctoritate ceteris praestans, in consiliis dux et auctor.

17 Pompeio in suam provinciam.

18 Scilicet Caesaris; vid. ad ep. CCXCVIII, 4 et saepe alibi.

19 Pompeio sine collega A. V. C. DCCI. *Pugnante* est Caesaris causa adnitente. Ep. CCXCIV, 2: *Cur*, inquit, *tantopere pugnatum est, ut de eius* (Caesaris) *absentis ratione habenda decem tribuni pl. ferrent?* Vulgo *quum*, *ipso consule:* sed *quando* iam dedit recte Lamb. Ernest. aliique, ut habent quatuor Ambb. Vett. alii *quomodo.*

20 Quum Pompeius, mutata voluntate, et eius amici rationem absentis Caesaris in petitione consulatus haberi nollent; Caesar, quod ei populus dederat, id servari vellet. *Manut.* Aliqui olim *causa orta est b.*

21 Pompeium; ep. CCCXVII, 4.

22 Ep. CDLII, not. 8.

23 Quum egit, ut ab exsilio revocarer; ep. CCCXXVI, 1. Minus congrue aliqui *quum ille aliq. def. meae.*

24 Verba haec Schützius antiqui Tragici versiculum esse suspicatus distinxit *Ad pestem* etc. Amphiaraus vates proditus ab uxore, ad bellum Thebanum invitus abiit, in quo praevidebat se certo moriturum; vide Inv. I, 50. Itaque, ut hic, significat se ad bellum male manifesto exiturum occurrisse.

25 Lamb. aliique *quando:* Ambb. omnes aliique libri vett. *quomodo.*

26 Idem Lamb. cum aliis vett. *debet*, ut unus Amb.

27 Sic melius Ambb. fere omnes et aliorum plures. Vulgo *involatu:* quod verbum, inquit Ernestius, nuspiam alibi occurrit. Ms. Graevii prim. *ex alitis in violatu.*

28 Festus: *Oscines aves Appius Claudius esse ait, quae*

ore canentes faciant auspicium, ut corvus, cornix, noctua: alites, quae alis ac volatu, ut buteo, sanqualis, aquila, immissulus, vulturius. Picus autem martius feroniusque et parra, et in oscinibus et in alitibus habentur. Item *cantu sinistro* pro laeto et prospero dixit idem Festus: *Sinistrae aves, sinistrumque est sinistimum auspicium, idest quod sinat fieri.* Varro lib. V epistolicarum quaestionum ait: *A Deorum sede quum in meridiem spectes ad sinistram sunt partes mundi exorientes, ad dextram occidentes: factum arbitror ut a sinistra meliora auspicia quam dextra esse existimentur.* Manut. Ceterum aliquas fuisse oscines, ut corvus, quae a dextra potius quam a sinistra consuaderent, affirmat idem Manutius auctoritate Ciceronis, qui lib. IV de Div. *Cur aliis*, inquit, *a dextra, aliis a laeva datum est avibus, ut ratum auspicium facere possint?*

29 Augurali. Ernestius, cui favet Amb. 15, coniiciebat, Ciceronem scripsisse *vestra*, ut Schützius utique recepit, ut referatur ad Etruscam disciplinam, ut supra, et comparatio quaedam instituatur cum propria, quae sequitur, Ciceronis ratione divinandi. Sed et illa ad Ciceronem ipsum pertinebat ut augurem: ac praeterea quum Romani ab Etruscis illam didicerint (supra not. 11), ideoque communis facta; non video cur vulgatum *nostra* mutetur.

30 *Solistimus* a solo. Cic. Div. II, 34: *Quia quum pascuntur aves, necesse est aliquid ex ore cadere, et terram pavire* (hoc est ferire), *Terripavium primo, post Terripudium dictum est: hoc quidem iam Tripudium dicitur. Quum igitur offa iam cecidit ex ore pulli, tum auspicanti tripudium solistimum nunciant. Tripudium sonivium* vero sic dictum fuit a *sono*. Festus: *Sonivio significat in carmine saliari et augurali sonanti.* Idem: *Sonivium*

tripudium dicitur, ut ait Appius Pulcher, quod sonet; ut quum pullo excidit puls, quadrupedive aliquid ex ore. Ambb. omnes aliique codd. et edd. vett. *somniis:* sed non ex somniis augurum disciplina divinabat.

31 Quem ad Ciceronem miserat. Alter est hic liber ac ille de quo epp. CDLXXVIII, 1 et CDLXXIX, ut iam monuit Manutius. Ille contra Caesarem dicitur a Svetonio (in Iul. 74) *criminosissimus:* hic scriptus est, ut de calamitate sua quereretur, et Caesarem laudabat, ut ipsum placaret, potiusquam accusaret. Aliqui olim *praeclare illo libro.*

32 Aliqui, ut Mart.-Lag. et Schütz., addiderunt *precibus*, quod et in veteribus libris nonnullis quidem reperitur, ut in ed. Rom.; sed pariter ex additione, ut patet ex duobus Ambb. e diversa manu, licet antiqua. Ceteroquin *iustis* commode respondet *voluntatibus*, scil. desideriis. *Officio incensis*, scil. officii instinctu permotis.

33 Pro te Caesarem rogans.

34 Cicero ne spem Caecinae minuat veniae impetrandae, non valde laesum ab eo Caesarem ostendit, et laudationem accusatione maiorem exspectari: propterea de laudibus dixit *hausturum*, quo verbo copia demonstratur; de probris *leviter adspersus.* Manut. Pal. prim. *leniter adsp.* Tum Ambb. duo cum Zel. A *intelliget.* Mox *homo est v. a.* praetuli cum Lamb. Schütz. et Ambb. fere omnibus vulg. *homo valde est acutus.* Amb. 14 *est h. v. a.*

35 Scilicet Etruria. *Corrad.*

36 Passive, hoc est, fama apud pop. R. Mox olim vulgo *prohibere.* Quod edimus habent Ambb. omnes, Graev. Ernest. aliique; Lamb *prohiberi a rep.*

37 Hoc, quod dedit iam Lamb. Ernest. et recentiores ceteri, inveni in duobus Ambb. et Rec. Vulgo sine sensu *nollet.*

38 C. Cassium; ep. CDXXIV. — Brutum (M.), ep. CDXXXVII. — Sulpicium (Serv.), ep. CDLXIX. — Marcellum (M.), ep. super.

39 Ambb. fere omnes et ed. Rom. *rerum haec natura.*

40 Sive status hic erit, sive mutabitur, non feret te diutius a patria abesse. Schützius, praeeunte Mart.-Lag., inseruit *reip.* hoc modo: *Reip. nec manens* etc.; quod etiamsi placet, tamen ut nimis temere invectum reieci.

41 Maxime significat eos quos lege Pompeia ambitu damnatos Caesar restituit.

42 Qua tamen utitur per insinuationem. *Manut.* Mart.-Lag. et Schützius *cohortatione*, ex ingenio, quum auctoritate non constat.

43 Sensus est: tu qui ante exploratam victoriam Pharsalicam arma sumsisti pro rep., ut tu putabas, contra tyrannum, etiamsi explorata victoria, eodem nomine arma sumsisses, non minus esses laudandus, propter honestatem causae, quam es reapse. Mart.-Lag. *te si*, Schützius *te qui explorata victoria arma sumsisses — non minus esse laudandum, quam si — nec decere.* Atqui victoriam Parsalicam neque Caecina neque alius exploratam habere poterat. Vulgo *te si explorata victoria — non nimis esse laudandum: sin propter — nec debere.* Atqui nemo solatur amicum qui illum reprehendit. Ex correctione Mart.-Lag. servavi *minus*, quod facile in mss. cum *nimis* perturbatur, in quibus tamen alterutrum reperitur.

44 Mallem *quantaeque*, ut cod. Rec. Lamb. aliique simpliciter *quantae d.*; et paullo post *sed et horum.*

45 Scil. admonitionis, argumenti consolatorii.

46 Subaudi, amplectuntur me. *Cellar.*

CDLXXI.

1 P. Volumnio Eutrapelo: ep. CCXXIX.

2 Cur se ad declamandum Cicero contulerit, vide in ep. CDLI. *Manut.* Amb. 15 *declarationibus.*

3 Quum in aliis locis Cicero simpliciter dicat *quod pollicerer non erat* (ep. CDLXIII, 1); ideo suspicor verba illa *causa invidendi*, itemque forte sequens *invideres*, esse a glossatore.

4 Vnus Amb. (*mihi sic visum est*) *Volumni;* alii duo cum Pal. prim. Grut. *mihi sua visum est V.;* quod corrigere pronum esset *mihi suasum est*, nisi lectio communis optime congrueret.

5 Amisso regno forensi; ep. cit. CDLI.

6 Aequalibus, sodalibus, quasi ex eodem grege. Illos enumerat Corradus, Hortensium, Marcellum, Caelium et reliquos.

7 Scilicet contra aves, non contra hostes armatos. Cicero id dolet, se, qui veris in causis solebat regnare, sub Caesare in declamationibus versari; Philoctetaeque dolorem ad suum accommodat. *Corrad.* Optime apud Ovidium (Metam. XIII, 53) Aiax haec verba explicat:

> Quo successore sagittae
> Herculis utuntur, fractus morboque fameque
> Velatur aliturque avibus; volucresque petendo
> Debita Troianis exercet spicula fatis.

Scilicet in Lemno relictus Philoctetes (de Fin. V, 11) utebatur sagittis Herculis, sine quibus Troia non poterat capi, in avibus configendis, ad quem usum non erant factae. *Verburg.* Vide Burman. ad Quintil. lib. IV. Alii *pennigero:* sed alterum plerique optimi codd. habent, et utrumque usitatum.

8 Amb. 14 *abiecta gloria est: sed;* ex emendatione tamen. Alii *obiecta* vel *abiecta a gl.*, ut Pal. et Graevii prim.

9 Sic mss.; olim vulgo *venies*, ut etiam Olivetus.

10 Scholam suam declamatoriam (ep. CDLI) per iocum ita nominat. *Cellar.*

11 Sustinuerimus, subierimus, ut alibi *excipere dolorem, laborem.* Conf. Tusc. II, 5, et Br. 69. Sic interpretatus est Olivetus. Bene autem, ut observat Manutius, *exceperimus* respondet metaphorico *concursum.* Hoc vult ergo Cicero, se iis declamationibus semper operam posthac daturum, si earum laborem facile ferre potuerit. Vnus Amb. *vitaverimus;* alii *excluserimus*, nimirum ab ineptis glossatoribus.

12 Discipulis, ut explanat Ernestius. Ambb. quatuor aliique cum edd. vett. aliquot *cum omnibus nostris amatoribus.* Vnus cum Gruteriano et Stewech. *cum omnibus nostris. Nam* etc. Aliqui, teste Lambino, legi volebant *nostri amatoribus.*

13 Amicis, propitiis auribus, hoc est, libenter eos audio declamantes. Huic contrarium *iniqui* pro *inimici* est in ep. CCXIII circa fin. Sic ep. XCIX, 4: *non aequo senatu.* Duo Amb. cum Rec. *me aequiss. utunt. aur.* ambo ex emend. Ed. Ro. *aeq. ut. artibus.*

14 Ad haec nostra studia. Vt illud Plauti, Rud. III, 4, 21: *Tu senex si istas amas huc arido argento opus est.* Aliqui ex nonnullis mss. *hic*, alii *hoc* dederunt, ut consentiat seq. *limatulo* etc.; pro quo aliqui vett. corrupte *limatulo* vel *delimatulo et politulo*, vel *solito.*

15 Reconditis, non vulgaribus; ut ep. CCLXI, 3; Nat. Deor. III, 6; et in Bruto c. 76: *Erant in eo plurimae literae, nec eae vulgares, sed interiores quaedam et reconditae.* Manut. Τῷ *literis* vulgo additur *meis*, quod

sustulit Ernestius ut alienum, et abest a libris nonnullis. Reponendum esset potius *tuis*. Lamb. correxit *eis*: minus recte quum antecedat iam *illis*. Ambb. tres *in literis*.

16 Quia doctior es quam ego. *Cellar.*

17 Deliberatum, constitutum. *Manut. Mihi*, hoc est, a me, per me.

18 Quam egi in publicis et forensibus rebus. *Cellar.* Translatio ab hystrionibus, qui varias personas suscipiunt in scena. *Manut.*

19 Ita Gebhard. e Vatic. cod. aliique antea, teste Victorio, correxerunt pro *ne pluribus*: sed tamen durum visum est Ernestio; satis enim erat *invitus*. Noster 13 *ne pluribus occupatus*. Supra Lamb. *non veritus esses*.

20 Vulgo *tuas mihi literas longissimas*. Sed *literas* inculcatum puto a superiore, et abest a duobus nostris, quamquam in altero suppletum a sec. manu. Paullo ante codd. aliqui, ut Amb. 2 et Pal. prim., *At velim*.

CDLXXII.

1 M. Curio, qui Patris in Peloponneso negotiabatur (epp. CDLXXXV, DCLIII, DCLIV et alibi). Cicero Tyronem suum illic aegrotantem commendarat epp. CCVIII, CCXIII et CCCI.

2 Peloponnesiis. Ambb. aliqui cum Pal. prim. *quod mihi desip. v. quod istic*, vel *quum istic*, ut Lamb.

3 Videtur excidisse *staret*, vel *erat*, vel *vigeret*: sed facile subauditur. Quasi tunc amissa libertate urbs amplius non esset. Tres nostri cum Rec. *tum*, scilicet tunc temporis.

4 Versiculus antiqui Poëtae (quem *Accius* nominat Manutius; ad Att. XIV, 12): *Ubi nec Pelopidarum nomen,*

nec facta audiam: epp. DCCXXIII et DCLIII, 1. *Schütz.* Hoc nomine *Pelopidarum* significat Caesarianos.

5 Vid. ad ep. CDL.

6 Quasi novum quiddam: proverbium ex eo natum quod rarae aves albae. *Manut.*

7 Per prolepsin *opera* appellat quae tantum *scripta* erant, amariori hyperbole. Iam ad Varronem scripserat (ep. CDXLVI) hoc ipso anno se *in studiis suis libentissime conquiescere.* Scripsisse autem *Partitiones oratorias*, deinde *Laudem Catonis*, tum *Brutum*, sive *de claris orator.*, narrat Fabricius in vita Ciceronis ad hunc annum.

8 Non eum me esse qui viderer in meis libris. *Graev.* Vulgo *d. tuae dicere te* etc. pleonastica locutio *te ex sermone dicere:* et *dicere* natum e glossa, quod monente Graevio extrusit Ernestius.

9 Quam nunc. Hanc figuram habes ep. CDLX init. *Cort.*

10 Scilicet mens bona et sana.

11 Vere; sic epp. DLVII, 4; DCLVIII; DCCCLVI extr. Vid. ep. CDLX, not. 2.

12 Ex his verbis licet colligere quod aliqui recentiores aiunt, eo aetatis et vitii rem romanam devenisse, ut si Caesar non fuisset, alius certe eam renovare debuisset. Ideo Caesarem hic sicut alibi excusat. Libri vett. aliqui *ut praeteritis non sit q.*

CDLXXIII.

1 Ambb. fere omnes cum Zel. A, Rec. ed. Med. *quatriduo:* scil. ex repetitione τοῦ *quam.*

2 Mss. aliqui *Letho*, vel *Cetho*, vel *Retho*. Mox pro *Phileros* Ambb. omnes aliique libri vett. *Pileros*. Nec temere suspicaverimus, *tabellarius* esse e glossa.

3 Sic mss. apud Ernest. et Corrad., quibus consonat no-

ster 15. Ceteri fere *pergratam sententiam meam et animum meum tibi perspectum esse gaudeo;* unde et Lambinus tacite *pergratam tibi esse sententiam meam, et curam valitudinis tuae, animumque erga te meum, quem tibi perspectum esse gaudeo.* Lacunam hic agnovit Victorius in edd. vett. nonnullis et mss., *pergratum tibi***** perspectum esse gaudeo*, aliter ab aliis expletam, quam tamen nonnulli, ut Graev. et Verb., servarunt.

4 Ita correxit Victorius ope vett. codicum; nam recentiores et nostri fere omnes aliter habent *ut est re* vel *res absens.* Pal. sext. cum Gotof. *ut est re ipsa.* Sed *reapse* pro *reipsa* perusitatum est apud veteres. Alii *ut est re ab iis.*

5 Idest, verum fateri oportet. Amb. 14 *satis a multis.*

6 Vrbanos sales illos accipio, in quibus multum leporis, ut dicitur infra, et festivitatis insit; et quales oratores decent, a scurrili ioco et mimico remotos. Tractationem de iocis vide Orat. II, 58. *Veteres* autem dicit, ut excludat sales post Latinorum receptionem corruptos. *Veterem urbanitatem* dicit etiam in ep. DCLVII.

7 Scilicet Romanis veteribus: iisque eo magis delector, quod nunc eas videam alienis modis inquinatas, corruptas, inquam, primum, quando Latini in societatem nostram recepti sunt: deinde hoc tempore, quo transalpinae nationes infusae sunt, hoc est immixtae Romanis. In quo ultimo iocatur non sine stomacho, ut ait Manutius, in Caesarem, qui Gallis quibusdam non solum cisalpinis, verum etiam transalpinis civitatem dederat; ex quibus nonnullos etiam in senatum recepit. *Gallia braccata* dicebatur provincia Narbonensis a genere vestimenti (vulgo *brache*, scil. feminicruralia): sicut *comata*, quae Romanis antequam a Caesare superaretur, non paruit, dicta a comis alendis. Supra mss. aliquot *quidlibet* concinnius quam *quod lubet.*

8 Latinorum municipum sermone atque formulis delinitas. *Oblitas* ab *oblino*. Corruptas autem facetias veteres tum quum peregrinitas infusa est, quum Latini aliique peregrini populi immixti Romanis sunt, civitate iis data; et peregrinorum sermo in Romanum invectus. Videtur I. F. Gronovius deducere *oblitas* ab *obliviscor* ex loco ep. DCLVIII : *Exaruisse iam veterem urbanitatem:* quod neque Oliveto placebat. Noster 7 *oblatas*.

9 Repete omnino *in urbem infusis adeo oblitas, ut:* sic constabit sententia. *Cortius*. Amb. 12 a sec. manu *pateat ut*. Msti nonnulli *nunc vero placet et brac.*, vel *iacet et brac.*

10 Granius valde facetus, et salibus dicax erat. Orat. II, 60; Brut. c. 43, et pro Planc. 14. Lucilius satyras suas multis salibus iocisque respersit; Orat. III. 43. De Crasso (Orat. c. 57), et de C. Laelio cognomine sapienti. Brut. c. 21. Hos simul coniunxit, quia, ut ait Victorius, nobiliores et urbaniores aliis erant. Amb. multi aliique libri vett. *O. m. Gracchos*, vel *gratias, o. L. et ut v. d.*, vel *v. d. et:* Lamb. *et v. ut d.*

11 Revocavi lectionem antiquam mss. omnium et edd. usque ad Victorium. Quod quum sensum commodum non habere videretur, Manutius correxit *commorationis*, Gulielm. *demorationis*, ut propius abesset a mss.; illosque secuti sunt posteriores: planiori quidem sensu; sed nec alterum tamen repugnat; scilicet (quod praecipue notandum) ex Paeti sententia, se auctorem fuisse Ciceroni ut adesset gubernationi, directioni, administrationi urbanae, si minus opera, saltem consilio; sive custodiae, ut paullo post, exemplum afferens Catuli. Qua propter Cicero illi obiicit, ne sibi quidem tunc reipublicae regimen, moderationem, deserere placuisse, quum libera erat: at nunc secus, quum omnia in unius potestate sint. Quum au-

tem sic sensus non absurde constare posse videatur, quidni lectionem antiquam retineamus?

12 Scilicet urbanas. Mox *magnam partem*, pro magna ex parte; cp. CCXI, 3.

13 Quintum Catulum filium eius, qui cum C. Mario consul fuit. *Mihi narras*, ais ab reip. custodia numquam discessisse. Q. Catulus cos. A. V. C. DCLXXV, scilicet calamitosissimis temporibus, quae Sullae mortem consecuta sunt. Remp. contra collegam M. Lepidum constanter et strenue defendit. V. Pighium ad illum annum; Appian. Bell. civ. I, 105-7.

14 Supple cum his temporibus vel rebus, vel subaudi *nunc*, quod habet noster 15, quodque sane ita pervenuste opponitur τῷ *illa tempora*, ut recipere non dubitarem, nisi saepius huiusmodi locutiones abruptae occurrerent. Quid simile, inquit, nunc quum scilicet mutata sunt tempora? Porro *mi* pro *mihi*, ut vulgo, est in pluribus mss.

15 In forum saepe venio. *Manut.*

16 Caesarem, apud quem Paetus multum gratia valebat. Male aliqui ex ep. DCCXI ad M. Antonium referunt; nam illa epist. post, haec ante Caesaris mortem scripta videtur. Fortasse etiam intelligit alium quem Caesarianum, qui Ciceroni esset familiaris.

17 Idest inscribitur et nomen meum in senatus consultis, quasi ego scribendo affuerim. Vid. ad ep. CCXXIII, 3. Nihil ingeniosius ac verius hac Manutii correctione, quam olim Lambinus et nuper Schützius receperunt. Vulgatum *ponor ad scribendum* nihili est. Pro *Et quidem* vero nonnulli sive nostri sive aliorum libri vett. *Equidem.*

18 Supple *sciam* vel *audiam*. Peck. et Amb. 15 a prim. manu et alii duo a sec. *de ea re sciam esse factam.*

19 Caesar, quem senatus moribus in triennium praefece-

rat; Dio lib. XLIII, 25. *Manut.* Mss. plures *noster praefectus* sine pronomine; Amb. 15 *hic erit noster his praef. moribus probo auctoritatem tuam:* et quidem *probo* pro *parebo* est et in aliis mss.

20 Ad cenandum tecum. Partem pro toto, et fungos quidem prae aliis epulis ponit, quia fungorum fortasse maxime avidus erat, ut epp. DXIX et XCI, vel quibus maxime abundabat Paeti convivale apparatum.

21 Quem sumtum in singulos dies praescribit sumtuaria lex, eum in decem dies distribuam. Tulit eam legem Caesar post bellum Africanum; ep. DXCVIII. *Manut.* Alia est sumtuaria, quam meminit in ep. XCI. *Dies* ablegat Lambinus auctore Manutio, quod sit temere repetitum a glossatore. Esse quidem potest, nec inficior; at sic habent omnes mss.

22 Villam Selicianam prope Neapolim; ep. CDL. Aliqui *Sicilianam*, quod probat Corradus. *Sed tamen non abieci,* scil. consilium emendi; quam locutionis formam vide ad ep. CXCVII, 2.

CDLXXIV.

1 Solemne verbum et proprium de corporis positione veterum dum mensae assidebant. *Hora nona*, scil. tertia ante occasum solis, qua Romani veteres cenare solebant.

2 Hoc est, tabellis ligneis vel eboreis ceratis ipse stylo inciderat literas, quae dein ab amanuensi describerentur in charta munda, et sic denique mittendae ad quem opus erat: non quod ipsi codicilli vel tabulae mitterentur. *Codicilli* vero dicebantur quod breviores scripturas continerent a *codices*, sive *caudices*, qui sunt cortices arboris. Celeritatis gratia utebantur veteres huiusmodi tabellis pro atramento et charta, praecipue in itinere. Vid.

ep. CCIX init. Vide fusius in Indice, nec non Mazochium in Dypt. Quir. p. 9. et Morcellium *Dello scrivere degli antichi Romani:* Martorellium de Theca calamaria I, c. 3. Exemplum ergo hic est ipsum σχεδίασμα. Msti plures et edd. vett. vitiose *literarum exempla:* scil. ab imperito librario, qui *harum* accepit pro compendio τȣ *literarum.*

3 Atticus a dextra, Verrius a sinistra: locus honoratior erat medius, quem Cicero, vir consularis, merito obtinuit; secundus, superior, Attici; tertius, inferior, Verrii. *Manut.* De hoc situ accumbentium vide omnino nobilissimum fragmentum Sall. III Hist. et Ciaconium de Triclinio. *Cort.*

4 Unus Amb. Rec. aliique cum Lamb. *severitatem;* alii *senectutem:* sed quod edimus, melius, et alludit ad dominationem Caesaris. Mox nostri omnes *quid ego faciam.*

5 Dionem; infra. *Manut.* Qui philosopho magistro uteris.

6 Lamb. aliique vett. *haud possem:* languidius, ut animadvertit I. V. Cler.; alii *aut posse me v.*

7 Eodem sensu quo ep. CXLVIII, 4 dixit: *quae* (praemia) *apud me minimum valent:* sed tamen locutio insolens. Hinc Manutius et Giussanius iocum et ambiguitatem in illud *minimum* agnoscunt. Epicurei atomos defendentes contendunt, *minimum* esse quod dividi nequit: id quod negant Academici. Ambb. aliique libri vett. *esset in c.*

8 De qua una re ζήτημα, hoc est quaestionem confecisti et Dioni proposuisti. *Ponere* sensu eodem quo *proponere* dicitur et de Orat. I, 22 med.: Tusc. I, 4.

9 Volumnii liberta et amica. *Manut. Accubuit*, quia meretrix: nam honestae mulieres sedebant. *Schönb.*

10 Ennii versus de Telamone, quos vide integros ad Tusc. III, 18. Nostrorum multi aliique *spectabant* vel *spectabam.*

11 Lamb. Graev. aliique pariter ex mstis *ne Aristippus*

quidem — erubuit: quod Ernestius praetulisset si stoicus memoraretur.

12 Quum ei exprobraretur. *Ei* adieci cum Lamb. ex nostro 15 et 14 a manu poster. Vulgo abest: quod etsi facile subauditur, nimis tamen durum.

13 *A Laide* omisit Lamb., fortasse ut melius consentiret graeco ἔχω, οὐκ ἔχομαι. Amb. 15 cum cod. Manut. *Habeo, inquit, Laida, non habeor a Laide.* Cur vero mox dicit *graece hoc melius* (exprimit), quum singulis graecis vocibus latinae respondeant? Nimirum quia verbum ἔχω aliam insuper significationem quamdam habebat apud Graecos, cuius obscoenitatem ut vitaret Cicero, latine transvertendam Paeto relinquebat.

14 Lamb. aliique *nedum senem*: utrumque e mss.; sed *nunc* abesse hic non potest, ut monuit Ernest., quia respondet τῷ *unquam*. Ceteroqui *ne* poni pro *nedum* ostendit Rivius ad Sallust., et est in Verr. V, 23.

15 Supple *venit*, ut integre est de Nat. Deor. I, 23 ad fin. Proverbium obscurae originis, quo significatur quicquid occurrit, quicquid casus fert, sive, ut alibi Cicero ipse, quicquid in buccam venit: non pro ratione, aut pro recta voluntate, sed inconsulto, casu, fortuito. Vide Varr. apud Nonium c. 9, n. 8. Codd. Ambb. aliique cum Lamb. *loquor aliquod* vel *aliquid quod in s.*

16 Amb. 15 *gemitus*: ceteri praeter unum 2 aliique libri vett. *et in r. m.*: quod iam Graevius et Ernest. sustulerunt. Fuerunt qui correxerunt *g. etiam*, quod iam subaudiri potest in ipsa particula *et*.

17 Noli me reprehendere, quasi tu melius agas, quum a risu et iucunditate ita non abhorreas, ut etiam in philosophum irriseris. *Manut.* Nostrorum duo cum Victor. aliisque *in philosophum ir.* praepositione e verbo repetita.

18 Ex instituto Gorgiae, qui primus est ausus in conventu poscere quaestionem, idest iubere dicere qua de re quis vellet audire. De Fin. II, init. *Manut.* *Quid* pro *aliquid* frequenter usurpatur, et sic Ambb. plures: at codd. aliquot cum Graev. Verb. aliisque *quicquam*. Tum Schütz. de sententia Ernestii *et quum ille*, ut *dixeris* haberet a quo pendeat: praeter necessitatem, quum sensus iam satis constet.

19 Te a mane de cena cogitare, vel quaerere qualis futura esset cena, vel, ut explanat Graevius, ut te invitet ad cenam hora solita instituendam. Olim *a me;* ed. Med. Mentel. et nostri praeter unum *amoene*, non inepte, sed primum in vetustioribus codd. reperitur.

20 Hominem fatuum et stultum significat. Vid. P. Pithoei I. Advers. c. 8. *Graev.* Sic edidit Victorius ex probatissimis codd. Nostri omnes aliique *vero :* quod literae *v* et *b* facile commutantur. Mox Amb. 15 aliique *num unum coelum.*

21 Scilicet de multitudine coelorum, quam defendunt Democritus et Epicurus, ut est in Acad.; de Fin. et Nat. Deor.

22 Ita nostri fere omnes cum Amstel. et Mentel., hoc sensu: cena non dicam *quid ad te attinet*, nam scio ad te multum pertinere. Vulgo inepte *numquid ad te.* Schützius e coniectura et supervacue *nimium quantum ad te.* Mox plures nostri aliique *tibi praes.*, sicque legi volebat Manutius. Sed vulgatum non repudiarim; nam sensus est: immo illa, scil. cena potissimum tua interest, immo ibi totus es: nimirum antithesis ad *quid ad te de numero coelorum.*

23 Scilicet sumtuariam; ep. sup. *Si ulla* etc. subiungit propter amissam remp. Supra loco *dein* malim cum Lamb. et nostris aliquot aliisque *deinde.*

24 Minime edacem. at ep. CDLVII extr., ut monuit Manutius. Mox Ernestius e mss. plerisque omisit *sed*, quod etiam a nostris aliquot abest. At sane absque ista particula nimis est abrupta locutio.

CDLXXV.

1 Sic nostri omnes aliique mss. et edd. vett. Graevius e duobus delevit *meum*, quem secutus est Ernestius.

2 Ep. CDLXV.

3 Tres erant Ligarii fratres. quorum unus Quintus ad Pompeii castra transierat.

4 Sic mss. plerique et edd. tum vett., tum recentior. Aliqui *si quis*.

5 Hoc est die XXVII Novembris. Vt annus Romanus incuria vel malitia pontificum valde perturbatus, in eam formam quam nunc fere obtinet, componeretur, et Kalendae Ianuariae ordinatae recurrerent, necesse fuit, ut hoc anno, quo Caesar fastos correxit, dies multo plures, quam de more intercalarentur (ad ep. CLXXXI, 2). Itaque Caesar praeter mensem Merkedonium, qui ex Numae instituto inserebatur. duos alios menses inter Novembrem Decembremque inseruit, ita, ut ille annus quindecim haberet menses, idest 445 dies. Quare post idus Novembres, is qui sequebatur decimus quartus dies. ita enunciandus fuit ut diceretur *XVIII Kal. intercalares priores*, et ita deinceps: itemque post Idus mensis intercalaris prioris, ille qui sequebatur dies, *XVIII Kal. intercalares posteriores*, opinor, enunciandus erat (Mazoch. in Amphit. Camp. p. 151). Nonnulli post Ios. Scaligerum de emend. Temp. II, aiunt Kal. intercalares priores esse diem primum mensis Merkedonii. At Merkedonius inserebatur in Februarium; et per men-

sem Februarium Romae Caesar non erat, sed in Africa, unde rediit die XXVI Iulii. *Anonymus apud Olivetum.* Gregorius Gyraldus de annis et mensibus una cum Kal. Rom. et Graecor. inter opera eius. Item Sibrandus Tetardus Sicama, Fastorum Kalendarium; item de vet. anno Rom. Romuli et Numae Pompilii. Caussis 1599, 4.° In cod. Amb. 12 correctum fuit a sec. manu *Kal. mensis interkalaris prioris;* alii item Ambb. aliorumque msti libri et excusi vett. *ad II Kal.*, alii *ad VI Kal.*

6 Abiectionem, demissionem, qua ex pristino statu ad supplicandum sum adductus. Nonnulli vero *illius* omittunt.

7 Aliqui olim *quae tempus tum postul.*

8 Olim vulgo *et multis.* Quum msti alterutrum habeant, Lamb. dederat *et ex multis.*

9 Id est veni in hanc opinionem. Dicitur ut *discedere in sententiam: Graev.* Aliqui olim *hac opinione discessi.*

CDLXXVI.

1 Ex gente Licinia, ut multis ostendit Spanhemius, de praest. et usu Num. Diss. X, p. 10. *Verburg.*

2 Ne ultra tibi esse liceret in Sicilia. *Manut.*

3 Cod. Zel. A, Lamb. aliique vett. *omnibus in rebus.*

4 Aliqui libri vett. *cum suessent.* Sed *consuessent* coniunctivo modo melius quam *consuescebant:* et *suesco* ignotum Ciceroni. Grut. *consuevissent.*

5 Amb. 3 cum Rec. *amicos.*

6 Ambb. duo cum Rec. *affirmare ratione.*

7 Sic edd. pr. et ipse Lamb., nisi quod pro *vel* dedit *seu.* At mss. quotquot exstant, et vulgo, quod probat Manut. *huic meae rogationi potius:* ubi aliquid intercidisse, aut vocem aliquam corruptam esse, facile perspexerunt viri docti. Graevius *huic meae rogationi protinus non respon-*

derunt: putans τὸ *continuo* explicationem esse τοῦ *protinus* a glossatore margini adscriptam, quae inde in contextum irrepsit. Bern. Rutilius *huic meae petitioni vel rogationi potius:* Schützius *huic meae rog. vel flagitationi potius.* Acuta est Graevii emendatio; sed cur lectionem veterem reiiciamus, non video: *actio* enim hic est abstractum praecedentis *egi;* et *actio* pro *petitio* alibi quoque in Cicerone ipso reperire est, quae vero minus est quam *rogatio:* ideoque hoc alterum adiicit. Ambb. duo *nunc continuo resp.*

8 Ambb. omnes aliique libri vett. *in Gallia.* Mox Lamb. aliique *praestituros.*

9 Ep. CDLXX. Ambb. duo cum Rec. et Lamb. *an ut ad rel.*

10 Ernestius ex coniectura emendavit, et Schütz. et I. V. Cler. receperunt *adiuvabit:* praeter necessitatem: Cicero enim hic loqui videtur ut de eo quod fieri solet, ut sit tempus indefinitum.

11 Restitutione tui in patriam; ep. CDLXX. Sic liber Graevii. Ambb. omnes aliique *re impetrata, aut, quod spero, aliqua.*

12 Amb. omnes aliique mss., unde Ernestius aliique receperunt, habent *Furfano,* ut et infra et inscriptione ep. seq. At alterum scribendum esse censent alii ex inscriptione vet. apud Vrsin. et Grut. Sed apparet tamen utrumque promiscue fuisse usitatum. Lamb. aliique legunt *Furfano Postumio.*

13 Aliqui Ambb. *quando;* Graevius et Verburg. perperam *quum:* quod si verum esset, inquit Ernestius, sequi deberet *placuerit.*

14 Ep. videl. quae sequitur.

CDLXXVII.

1 De quo ep. DVIII.

2 Sic Ambb. tres aliique mss.; melius certe quam vulgatum et insolens *ut non ullo cum h.*

3 Sic Ernest. post Lamb., libris vett. pluribus suffragantibus. Vulgo *necesse est.* Nec inepta est lectio totius loci, quam prae se ferunt Ambb. aliquot aliique *pluribus scribere, quam mihi* (Zel. A *quam quod mihi*, ed. Rom. *quando mihi*) *n. est: eius salutem et f. q. r. p. t. ut des*

CDLXXVIII.

1 Querelarum: sed alter ac ille quem vidimus ad ep. CDLXX, 2. *Redditus*, scilicet a filio meo; ibid. Libri vett. aliqui *traditus.*

2 Sic melius cum Lamb. Ernestio et Schützio libri Ambb. aliique. Vulgo *quum non tam* etc.; Oliv. *dum n. t.*

3 Idest praeter rem, immerito, vel, ut explanat Manutius, imprudentia nostra; quum hoc damnum vitare licuerit libro comprimendo. Schütz., praeeunte Mart.-Lag., correxit *inepto.*

4 Scilicet libri contra Caesarem scripti.

5 Qui stulte aliquid commisit, fama illi poena est, et stultus esse dicitur. *Manut.* In libris vett. nonnullis corrupte hoc scribitur, quorum minus vitiosum est ed. Rom. *quum emendatione scripturae litera tollatur.* Schützius *stultitiam fama multet*, ut ms. Graevii.

6 Improprie pro *punitur.* Hoc sibi vult Caecina, puto, errorem suae scripturae ita levem fuisse, ut levis est scriptura in codicillo, vel membrana, quae scriptura per stilum eradendo, vel per lituram facile tollitur: atque

eo modo esse puniendum, quo stultus punitur, scilicet fama, non autem exsilio.

7 Scil. Deae Victoriae, quam Romani finxerant et colebant.

8 Excusat culpam suam: nam quum *armatus adversario maledixerit*, idest dum contra eum militabat; id omnibus est commune, hosti quomodocumque obesse ac mala inferre. *Optarit* porro edimus cum recentioribus, ut consentiat sup. *fecerit*, pro vulgato *optaret*.

9 Quia vota non cogitat, quae in ipsum ab adversariis facta sunt. *Manut.* Ambb. omnes aliique *omnibus in rebus felix est*.

10 Hoc est qui saepe deos precati sunt, ut ipsum perderent. *Venerari Deos* frequens est, praesertim comicis, pro pecari. F. Vrsinus in libro msto se reperisse ait *Qui multa deos venerati, multa precati sint c. e. s.* Graev. Nemo ergo non suspicit, glossema esse, quod Mart.-Lag. incaute recepit. Libri vett. aliqui, ut cod. Rec. et ed. Rom., *v. sunt.* Supra vero aliqui olim *quum ignoscat omnibus*.

11 Non modo quod mihi temperaverim aliquantulum, sed quia etiam plane alius fuerim, dum pro more meo scribere non potuissem, sed exhorruissem. Sic fere Cortius. *Scripsi de te parce*, ne Caesar offenderetur. *Manut.* Amb. 7 cum Rec. *scripsi de te Caesar p.*; al. *scripsi de Caesare*.

12 *Incitatum* opponit eleganter *revocato*: est enim vehemens et ardens, quomodo equi *incitari* dicuntur. Sic Svet. Caes. c. 7: *Eum coniectores ad amplissimam spem incitaverunt.* Non autem potest esse scriptura *incitata*, ubi affectus saepe revocatur et retinetur, eique contrarium scribendum. *Elatum* genus dicendi est altum, in quod genio indulgentes quasi raptu quodam efferuntur: unde

vides quomodo illi cui ingenium suum timide refugit contra ponatur. *Cort. Solutum* est libere licere in adversarium invehi, eumque atro sale defricare. *Graev. Impeditum* vero est minus liberum.

13 Idest procacitatem, effrenem aliis obtrectandi, et acerbis dicteriis ac conviciis proscindendi libidinem. *Idem.*

14 Addidit Mart.-Lag. *fecerim*, quod sane latere videtur in corrupta cod. Dresd. 2 et Pal. 1 lectione *an nescio quam tumidi fidem.* Schütz.

15 Olim addebatur *beneficium:* quod iam Lamb. delevit, et merito: nam nec rei satis aptum est verbum; et, si esset, poneretur potius post *primum.* Vidit. Ernest. Cod. Zel. A *sed inde beneficium.* Supra edd. vett. aliquae *quod praestare non poteram.*

16 Sic pervenuste primus correxit Victorius e mss. deformatum et ineptum vulgo *tum victum.* Mox infra Zel. A *et probabile.*

17 Non solum poenae metu, sed etiam etc. Vid. ad ep. DCCCXLIII, 4. Edd. vett. aliquae *Sed ipsius iudicii*, vel *iudicio.*

18 Quomodo animum affici atque angi meum putas, ubi haec secum ipse cogitat? Haec scilicet quae sequuntur usque ad illud *quid faciet.* Manut. Msti quidam apud Graev. et Verburg. *ut secum loquitur* vel loquetur, ut omnes fere Ambb.

19 Lamb. *quid si muto?* Msti aliquot *quid* vel *quod si hoc mitto* vel *omitto.*

20 Idem Lamb. *quum porro non offendam* etc. Sic legendum esse, inquit ipse, intelligent qui et attente legent et non erunt tardissimi. Hoc enim vult: Age, laudo aliquem (sic mecum cogito): num offendo Caesarem illius laudatione? Sed finge me non offendere: quid si non vult illum laudari? Fieri enim potest ut facto aliquo

aliquis non offendatur neque laedatur; id factum tamen non probet, aut id nolit. Sic fere Lamb. Alii aliter legunt, et explanant. Libri vett. aliquot, ut cod. Rec. edd. Rom. Grut., *ego vero l. aliquem non offendo:* Ambb. duo *eum porro off.* Mart.-Lag., quem sequitur Schütz. *Hunc porro off.* et supplet *quid si non vult Caesarem offendi?*

21 Respicit locum in Orat. c. 10: *Itaque hoc sum aggressus statim Catone absoluto, quem ipsum numquam attigissem tempora timens inimica virtuti, nisi tibi hortanti — non parere nefas esse duxissem.* Schütz.

22 Msti plerique *facit:* quod aeque verum esse potest; nam sententia vera pariter est in genere; sed quod editur praeferunt fere omnes, ut Ciceronem praecipue respiciat: immo Lamb. et Schütz. ediderunt *tu facis.*

23 Exstat nimirum oratio pro Caecina. Mox *sentire,* quod suspectum iam fuit Ernestio. Schützius delevit. Gulielm. coniiciebat *sentis oportere.* Neque apud nos caret omnino suspicione: minus tamen dubitarem si esset *facere oport.*, quod mallem, ut prox. praec. *facis* videtur postulare. Sed animadvertendum est, hic non Ciceronem scripsisse.

24 Calumniator ea fingit quae vera non sunt. Itidem timor saepe falsa proponit, ut recte propter similitudinem, *calumnia timoris* dici possit. *Manut.* Conf. ep. CDXL, not. 14.

25 Hoc est scribere ad alieni sensus coniecturam, ita ut in tua scriptura alterius animus acquiescat. *Evadere* dixit tamquam ex difficultate, ut vidit Manutius.

26 Ep. CDLXXVI, 1. *Summa necessitas,* scilicet eundi in Asiam. *Vt imperasti feci,* morem tibi gessi, qui iter illud mihi dissuasisti.

27 Hoc est nimio amore mei, vel nimio impetu meam restitutionem conficiendi. *Graev.*

28 Mart.-Lag., quem sequitur Schütz., correxit *opus:* bene

quidem, sed praeter necessitatem Ambb. aliqui cum Rec. *onus omne p.;* unus *omnia perf.*

